



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus V. Singularia Festorum Mensis Maij, qui habet dies XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

nica antecedentis hoc Festum ne
quidem ibi fit Commemoratio, ubi
cum Ecclesia universali celebratur
tantum ut duplex 2. Classis. Rubr.
Gen. IX. n. 6. Col. Rub. Si in cra-
stinam Diem incidat Festum Ascen-
sionis, in huius 1. Vesperis pariter
nulla fit Commemoratio S. Catha-
rinae Senens: nisi ubi illa est Duplex
1. vel 2. Classis, nulla autem penitus

tam hodie, quam cras Festi Simpli-
cis alicubi cras unà occurrentis.

NB. Quia aliqua Festa in fine
Maij, ac Initio Junij occurrentia
mutant aliquando Riturum à Tempo-
re Paschali ad non Paschale, & è
converso, ideo si *Missa*, vel *Officia*
propria tunc Temporis desint, erunt
sumenda de Comuni, & Ritu Tem-
pori illi conveniente celebranda.

TITULUS V.

Singularia Festorum Mensis Maij,
qui habet dies XXXI.

I. S. PHILIPPI, & JACOBI Apo-
stolorum. Dupl. 2. Classis.
Col. Rub. OFFIC: ut in Com-
muni: Apostolor: Temp: Pasch: ac
propr: locò. Lect. I. Noct: de Initio
Epist: B. Jacobi Apost: ut in Domi-
nica IV. post Pascha, nisi de Epi-
stola illa jam antecederet cœptum
fuerit legi hoc Tempore; tunc enim
hac die ponitur de ea in I. Noct: id,
quod illo die occurrit, uti propria
huius Festi Rubrica monet. Si idem
hoc Festum veniat in Sabbato post
Dominicam III. post Pascha, tunc in
Dominica IV. debent legi Lektionen
Feriae II. sequentis, nè bis duabus
diebus immediatè legatur Initium
eiusdem Epistolæ. Lect: II. & III.
Noct: propr. Si hodie alicubi oc-
currat Festum simplex (quale in

Diocesi Passaviensi, & Ratisbonensi
est S. Walpurga) ibi de eo legitur
9. Lectio, nisi hoc veniat in Domi-
nica, & fit de eod: Commemoratio,
sed in Laudibus, & Missis privatis
tantum: si verò hodie occurrat Do-
minica per annum, tunc de illa le-
getur 9. Lectio (non de Simplici, si
quod simul occurrit) & ultimum E-
vang: in Missa, fietque de eadem
Commemoratio etiam in 1. Vesperis,
& [ante Commemorationem de
Simplici occurrente] in Laudibus,
Missa, ac 2. Vesperis, nisi cras oc-
currat Festum 1. aut 2. Classis: tunc
enim in 2. Vesperis non fit amplius
Commemoratio Dominicæ per annum,
seu non privilegiatæ, ut supra dictum.

Missa propria cum *Glor: & Cred:*
Oratio Unica, nisi occurrat *Dominica*,
[Q3] AUS

aut alicubi *Festum simplex*; tunc enim fieret de illis *Commemoratio*, cum ultimo Evangelio de Dominica &c, eò, quò paulò antè declaratum est, modò. Præf: de Apostolis.

Si hoc, aut aliud *Festum* 1. vel 2. *Classis* veniat infra *Octavam Ascensionis*, nec in *Officio*, nec in *Missâ* fit *Commemoratio* de *Octava*, dicitur tamen in *Missis*, quæ infra *Octavam Ascensionis* dicuntur, *Communicantes*, & Præf: *Ascens.* nisi *Festum* illud infra *Octavâ* occurrat: habeat propriam *Præfationem*, uti habet *Festum Ss. Philippi, & Jacobi*, ac *Festum Inventionis S. Crucis*: in quorum priore dicitur *Præfatio* de *Apostolis*, in posteriore verò *Præfatio* de *Cruce*: *Communicantes* verò in utriusque *Missâ* dic: in tali casu de *Ascensione*. *Col. Rub.* Si hodiernum *Festum* veniat in *Feria II.* vel *III.* vel *IV.* Rogat: ordinantur *Officium*, & *Missæ* tam *privata*, quàm *Conventuales* seu *Litaniarum*, modò 22. & 23. *Aprilis* declaratò.

Quando in *Diem 1. Maij* incidit *Festum Ascensionis Domini* [uti incidit 1704.] tunc *Festum Ss. Apostolorum: Philippi, & Jacobi* transferretur ad *Diem* proximam non impeditam, etiam ibi, ubi *Festum* dictorum duorum *Apostolorum* ratione *Patrocinij* est duplex 1. *Classis*; quia *Festum Ascensionis Domini* juxta *Rubr: General: X. n. 1.* ac *Nor: ad Tab: Occurr:* est unum ex illis, quæ nulli

alij *Festo* cedunt, etiam *Patrocinij Tituli Ecclesie*, vel *Dedicationis* eiusdem Tituli, si eodem *Die* occurrat: contra omnia est ita privilegium *Festum Ascensionis* juxta *Rubricam* non *Missalis*, *Tir: VI.* ut de eis, vel quo alio *Festo* *Missâ* ulla [etiam *lennis*, ac *Votiva*] dici non potest id quod ad dictum annum 1704. diligenter annotavit *Directorium* manum.

Ubi *Festum Ss. Philippi, & Jacobi*, vel horum *Alterutrius* ratione *Tituli*, aut *Patrocinij* est *Duplici* *Classis*, ibi celebratur cum *Octava* dicendo per *Octavam* *Lectio* II. & III. *Noct:* prout allegantur, notantur in *Octavario Romano* fol. 135. & 183. cùmque in eisdem casu ac loco *Dies Octava* *Patrocinij Ss. Philippi & Jacobi* incidat in *die* 8. *Maij*, quâ in *Ecclesia universali* occurrit *Festum Apparitionis S. Michaelis Archangeli*, quod est *Dies majus*, *Duplex* autem *majus* in *officio* *Dies Octava* [ut ut hæc habeat huiusmodi *Riturum* *duplicem* *antem*] cedere debeat per *Rubricam* & alibi dicenda *Dies Octava* tunc non privilegiatæ, ideo in eisdem loco *Officium* & *Missâ* dicenda tunc de *Octava Patrocinij*, *Festum* vero *Apparitionis* in *Diem* proximam non impeditam transferendum: si hoc est, si in *Diem 8. Maij* incidit *Festum* 1. aut 2. *Classis*, v. g. *Ascensionis Domini*; tunc enim juxta *Rubricam* *Offi*

Officium & Missa (translatâ Appa-
tione S. Michaëlis) sunt de ejus-
modi Festo 1. aut 2. Classis, de Die
Octava verò *Parocinij* (utpote qua
non transfertur) sit tantum Commem-
moratio in *Officio & Missa* illius Festi.
Idem esset, si in Diem 8. Maij incide-
ret simul alia Dies Octava privilegia-
ta, puta Ascensionis Domini, & ante
illam locus non foret, ut olim, cele-
brando Festo Titulari Ss. Philippi &
Jacobi. Porro ubi sit de Octava Ss.
Philippi & Jacobi, si infra eam oc-
currat *Feria II. Rogationum*, vel *Vigilia*
Ascensionis, Lectiones I. Noct: sumi ea
die debent de Communi Apostolo-
rum: *Sic Nos existimet &c.*, ut in Bre-
viar.

Quodsi contingat alicubi dividi
hos Ss. Apostolos, eò quod unus
illorum (v.g. S. Philippus) sit alicubi
Patronus, vel *Titularis*, adeoque cele-
bratur sub Ritu dupl. 1. Classis, non
item alter, v.g. S. Jacobus; tunc Pos-
terior quidem quoad *Officium*, &
Missam transferri debet, ac Die aliâ
proximè non impeditâ celebrari,
attamen adhuc sub Ritu duplici 2.
Classis, perinde, ac si proprio suo die
celebraretur; quia cum sit unum ex
Majoribus Festis (per quâ intelliguntur
Duplicia 1. & 2. Classis) retinet suum
Ritum etiam tunc, quando dividi-
tur à suo Sancto CoApostolo, atque
transfertur, uti habetur in Rubricâ,
Tabulæ occurrence sub scriptâ. Cæ-
terum in eò casu in Ecclesia S. Phi-

lippi Lectiones I. Nocturni in ejus
Festo erunt de Communi Apostolo-
rum, Lectionibus Epistolæ S. Jaco-
bi reservatis Officio ejusdem, utpo-
te cujus Epistola illa est propria. Ad
Lectiones verò II. Nocturni quod at-
tinet, quarta de S. Philippo dicetur,
ut notatur hac Die in Proprio San-
ctorum; Quinta autem, & Sexta
sumentur de Communi Apostolo-
rum. Lectiones III. Noct: cum An-
tiphonis in Laudibus dicentur, uti
notantur hac die in Breviario; quæ
sunt magis de S. Philippo. *Gav.*

In *Officio* verò S. Jacobi (quod
in dicto casu transferri debet in pri-
mam diem non impeditam, etiam
infra Octavam S. Philippi Titularis,
inquit Gavantus, scribens hæc eo
Tempore, quò Dies 4. & 5. Maij non
erant Dies impediti (nisi in ijs oc-
curreret Dominica) uti tamen sunt
modò ambo impediti Festis 9. Le-
ctionum. Lectiones I. Noct: erunt
de ejus Epistola, ut supra. In II.
Nocturno prima, & secunda erunt
illæ, quæ in Breviario Romano in
II. Nocturno hodierni Festi sunt pe-
nultima, ac ultima; Tertia verò
ejusdem II. Nocturni Lectio sumetur
de Communi Apostolor: *Sermo S. Gre-
gorij Papa: Scriptum est: Spiritus Do-
mini &c.* Lectiones denique III. No-
cturni in casu dictæ Divisionis pro S.
Jacobus sumentur de Homil: in E-
vangelium: *Ecce Nos reliquimus omnia,*
ut in eodem Communi Apostolor:

extra Tempus Paschale. Antiphonæ verò omnes pro Festo S. Jacobi accipientur tunc de Communi Apostolorum Tempore Paschali, Oratio in utriusque Festo dicitur eadem (mutato tantum Nomine, ac Numero plurali in singularem) quæ in Breviar. exceptis tamen illis Diebus, quibus unius Festum occurrit cum die infra Octavam alterius, tunc enim variari debent Orationes, ac proinde in 2. Vesperis S. Jacobi, si Die postero alicubi fiat de Die infra Octavam S. Philippi, sumi poterit Oratio pro S. Jacobo Minore ex Festo S. Jacobi Majoris, seu die 25. Julij. Gav. & Arnaud: hic. Ad MISSAM utriusque in dato casu quod attinet, de S. PHILIPPO dicitur ea ipsa, quæ in Proprio Sanctorum à Missali Romano Die hodierna assignatur cum Orationibus in ea positis, dicendis tamen de eodem Sancto in Numero singulari. De S. Jacobo verò dici poterit Missa, ut in Festo S. Marci Evangelistæ, dempris tamen Oratione, Epistolâ, & Evangelio, quæ cum Officio concordare debent, adeoque Epistola dici illa, quæ in COMMUNI Sanctor: extat post Missam: *Letabitur justus*, de Commun: un: Marr: non Pontific: 1. locò, ac incipit: *Charissimi omne gaudium &c*: Evangelium verò sumendum ex Missa de Communi Abbat: *Ecce nos reliquimus*.

Hæc eadem hætenus dicta servanda sunt quoque vice versa, ubi

S. Jacobus Minor est Titulari Ecclesiæ aut Patronus Loci, & si infra alterius, aut utriusque Octavam occurrat Feria II. Rogationum, vel Vigilia Ascensionis, Lektionen pro I. Nocturnis sumendæ sunt de Communi Apostolorum juxta Rubr: Gen: XXVII. Missa verò tam privata, quam conventualis, tunc dicuntur de Rogationibus, vel Vigilia, non autem de Octava, attamen cum Comemoratione Octavæ, & Oratione 3. *Concede Summe* & *Credo*, intellige in 1. Casu, ut præfat: de Temp: Paschali (casus da Tono Feriali) nec non cum *dicamus*, ac Evangel: S. Joan: in in Param. Viol. Rubr. Missal. III.

Accidit interdum alicubi, si festum Ss. Philippi, & Jacobi transferri in Choro post Festum Ss. Trinitatis, consultus igitur Gavarni super modo illud celebrandi in tal casu, respondit: Salva semper auctoritate Sac: Rit: Congreg: Officium suò Judicio in ejusmodi casu factum esse, ut in Communi Apostolorum extra Tempus Paschale, recitatis tamen ijs, quæ propria sunt Festi, & dempris *Alleluja* ad Antiphonas. In Missa quoque demenda *Alleluja* ad Introitum, & ad Communionem; Epistolam verò, Graduale, & Offertorium sumenda esse ex set ex Missa votiva Ss. Apostolorum Petri, & Pauli.

VESPERE hodiernæ dicuntur in Ecclesia Universali de Ss. Philippo

Jacobo : Antiphona : *Domine ostende*
Notis, cum reliquis de Laudib. Psal-
 mi, & reliqua de Communi Aposto-
 lor. Tempore Paschali, exceptâ An-
 tiphona ad *Magnificat*, & Oratione,
 quæ dic: ut proprio locò, cum Com-
 memorat: de S. Athanasio Episc: &
 Conf: ac Eccles: Doctore (per Anti-
 phonam : *O Doctor optime &c*) nec
 non Dominicæ, si quæ hodie occur-
 rat, vel cras sequatur. *Col. Rub.* Ubi
 S. Athanasius est Patronus, seu Ti-
 tularis Ecclesiæ, ibi integræ Vesperæ
 sunt de illo cum Commemorat: hodi-
 erni Festi, & Dominicæ, si ea cras,
 non autem hodie occurrat. *Col. Alb.*
 Eodè modò dicuntur Vesperæ, si cras
 alicubi occurrat Festu Dedicacionis.

Si Festum Ss. Apostolor. Philip-
 pi, & Jacobi veniat infra Octavam
 Ascensionis (uti venit 1693. & 1704.)
 nec in Officio, nec in Missa fit Com-
 memoratio de Octava Ascens: etiam
 in 2. Vesperis; eò quòd crastinum
 Officium non fiat de Octava. *Rubr:*
Gen. IX. n. 6. ante fin: dicitur tamen
 tunc in Missa *Communicantes* de A-
 scensione (esto non dicatur Præfatio
 de illa, sed de Apostolis) & Hy-
 mni Completorij, ac aliarum Hora-
 rum Clauduntur per Vers: *JESU tibi*
si Gloria, qui Victor &c. Ad Primam
 autem in Responsor: brevi dic: Vers:
Qui scandit super sidera &c. Et sic e-
 tiam in alijs Festis occurrentibus in-
 fra eandem Octavam, nisi quòd, si
 propriam Præfationem non habeant,

tunc etiam Præfatio Missæ dicenda
 fit de Ascensione : Idem est de Mis-
 sis Votivis, quæ dicuntur infra Oc-
 tavam Ascens: in quibus pariter di-
 citur solum *Communicantes* de Ascen-
 sione; si Præfationem propriam ha-
 beant; alioquin etiam ipsa Præfa-
 tio Ascensionis. Quando Festum Ss.
 Philippi & Jacobi, & Festum S. Mar-
 ci Evangelistæ [quod est ejusdem
 Classis] simul transferuntur, uti con-
 tingit 1707. tunc prius reponendum,
 seu celebrandum esse Festum S. Mar-
 ci, quàm Festum Ss. Philippi, & Ja-
 cobi, constat ex suprâ dictis Die 25.
 Aprilis, nec non ex Decr: S. R. C. de
 anno 1692. 22. Dec. apud Pisart.

2. S. ATHANASII Episc: Conf: &
 Eccles: Doct. Dupl. min. *Col. Alb.*
 OFFIC: de Communi Conf: Pontif:
 [etiam Oratio, quæ est : *Exaudi qua-*
sumus Domine &c] sub Ritu Paschali,
 nisi Festum hoc transferatur alicubi
 post Octav: Pentec: & tunc in Hy-
 mno : *Iste Confessor* mutatur 3. Ver-
 sus. Lect. I. Noct. de Scriptura oc-
 curr: si non ponendum sit Initium
 alicujus Epistolæ, vel Libri, nondum
 positum, uti contingit, si S. Atha-
 nasius incidat in Feriam II Rogation:
 tunc enim pro I. Nocturno su-
 mendæ sunt ex præcedente Domi-
 nicâ V. post Pascha, eò quòd ob oc-
 currens hesternum Festum Ss. Phi-
 lippi & Jacobi. Initium Epistolæ 1.
 B. Petri poni nequiverit : *In Missis*
 quoque *privatis* faciendæ tunc est
 [R] Com-

[Pars II.]

Commemoratio Ferie II. Rogationum, hujusque legendum Evangelium in Missis privatis: Quid verò ulterius in hoc vel simili casu sit observandum, dictum est suò locò P. I. Lektionen II. & III. Noct: sunt propriae. Si veniat in Dominica, fit de illa in Officio, & Missa Commemoratio, cum 9. de eadem Lektione, ac ult: Evang: in Miss: atque hoc ipsum observandum quoque circa alia Festa Duplicia, quæ in Dominicis per annum occurrunt.

MISSA, uti notatur in loco, cum *Glor: & Credo.* Oratio unica, nisi veniat in Dominica: tunc enim etiam hujus fit Commemoratio: cum ultimo de ead: Dominica Evangel. Præfatio Paschal: nisi transferatur post Octavam Pentec: quia tunc dicit Præf: ultima, seu Communis, & post Epistolam Graduale &c, ut in Commun: Doctor. Si veniat hoc Festum infra Octavam Ascensionis, fit de Octava in Officio, & Missa Commemoratio (ubi non est Festum 1. aut 2. Classis) diciturque in eadem Missa Præfatio, ac *Communicantes* de Ascensione, etiam ibi, ubi non fit Commemoratio de Ascens. Hæc eadem etiam observanda sunt præter superius dicta, si quod ex seqq: Festis veniat infra Octavam: quòd si aliquod illorum habeat propr: Præfationem, dicitur quidem illa, *Communicantes* tamen nihilominus dic: de Ascens: **Vicissim si Feria VI. post Octavam A-**

scensionis aliquod ex seqq: Festis carens propria Præfatione, occurrat, dicitur quidem in Missa talis Præfatio de Ascensione, non tamen *Communicantes* de Ascensione Commune. Si hoc, aut aliud Festum duplex hujus, aut sequentis Mensis incidat in Feriam II. aut Rogationum, aut in Vigiliam Ascensionis, ordinatur Officium, & Missa modò, quòd suprà die 29. & 30. Aprilis item P. I. Tit. de Ferijs Dominicis post Pascha subsequenteribus, & folio

VESPERÆ de *Inventione* S. Crucis cum Antiphonis, Psalmis, ac uti notatur Die 3. Maij in Præfatione Sanctior. In iisdem fit in Ecclesia universalis Commemoratio: S. Athanasij (rursus per Antiph: *O Dilectissime*) & Dominicæ tantum, si quæ cras, non autem hodie occurrat: nam Dominicæ per annum hodie currentis non fit Commemoratio, nec Festi simplicis crastini in 1. Vesperis hodiernis de S. Cruce. Od. It. Si Festum Ascensionis concurrat cum Festo Inventionis S. Crucis, festum debet nihilominus Commemoratio de Festo Inventionis in 2. Vesperis Festi Ascensionis; quia licet utrumque videatur esse Festum de eodem Domino, datur tamen Differentia in Diversitate Mysterij, inquit Gavanti.

Sicubi S. Athanasius sit *Patronus* seu *Titularis Ecclesie*, celebratur etiam Festum sub Ritu dupl: 1. Classis cum Octava, dicendo de illo hodie

etiam 2. Vesperas, cum Commemoratione de Festo, ac Dominica sequente tantum; & tunc *Col. Alb.* per Octavam verò Lectiones tunc in II. & III. Noct: dic: uti norantur in Octavario Romano fol. 181. Vicissim, ubi sequens Festum est *Titulus Templi*, ubi istud est 1. Classis, ac proinde in 2. suis Vesperis non tantum excludit Commemorationem Dominicæ hodie occurrentis, sed etiam hodierni Festi duplicis, fieri tamen etiam ibi debet Commemoratio Dominicæ immediate subsequenteris.

3. INVENTIO S. CRUCIS. Ubi hæc est *Titulus Templi*, ibi est Duplex 1. Classis, ac celebratur cum Octava, sumendo Lectiones pro II. & III. Noct: quando infra Octavam fit de illa, ex Octavario Romano fol. 36. & seq: ac dividendo hodie Lectionem Octavam in duas, nisi veniat in Dominica, aut Feriâ 2. Rogationum (tunc enim 9. Lectio legenda hodie foret de Homilia in Evang: Dominicæ, aut Feriæ occurrentis) nihilque omnino tam in Officiis, quam in Missa hodierni Festi sciendo de Festo simplici hodie aliquo occurrente, uti nec de Vigilia Ascensionis. At verò in Ecclesia universalis Inuentio S. Crucis est Duplex 2. Classis & quidem ex Bulla Urbani VIII. (non tamen ubique usu receptâ) etiam in foro celebre, h. e. Festum, annexam habens obligationem audiendi Missam, & vacandi ab

opere servili &c, ratione cuius obligationis huiusmodi Festa à Rubricistis Italianis *Festa de præcepto* appellantur. *Col. Rub.* In OFFICIO omnia sunt propria. Quia verò Duplex 2. Classis admittit de se 9. Lectionem, & Commemorationem de Festo simplici in Laudibus, ac Missis privatis, ideo in Ecclesia Universalis in hodierno Officio 9. Lectio (nisi veniat in Dominica, aut Feria 2. vel 4. Rogationum) dic: de Ss. Alexandro, ac Socijs: Eorundem fit quoque Commemoratio in Laudib: eique Commemorationi præmittitur Commemoratio de Dominica, aut Feria 2. Rogat: aut Vigil: Ascens: cum 9. Lect: in Offic: & ult: Evang: in Missa de eadē, si aliqua harum hodie occurrat.

MISSA propr: cum *Glor: & Cred:* & Commemorat: Ss. Mart: Alexandri, & Soc: attamen in Missis privatis tantum, & in his solummodo ibi, ubi Festum Inventionis non celebratur ut dupl. 1. Classis. Præfatio de Cruce. Si occurrat in Dominica, fit de eadem in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio, diciturque de eadem Dominica 9. Lectio in Officio, ac ult: Evangel: in Missa. Si veniat infra Octavam Ascensionis, nulla quidem fit de hac in Officio, aut Missa Commemoratio, dicitur tamen in hod: Missa tunc *Communicantes* de Ascensione, non autem huius Præfatio, sed de Cruce: Hymni quoque de S. Cruce
[R 2] pro-

propriam habent clausulam (etiam tunc dicendam, quando hoc Festum venit infra Octavam Ascensionis) reliqui verò Hymni terminantur extra Octavam Ascensionis clausulâ Paschali, clausulâ vero Ascensionis, si infra Octavam Ascensionis celebratur: & tunc etiam in Responsorio brevi ad Primam dic: Versus: *Qui scandis super sidera: & sic etiam in alijs Festis, venientibus infra Octavam Ascensionis. Col. Rub.* Si veniat hoc Festum in Fer: II. aut III. Rogar: vel in Vigilia Ascens: aut infra Octav: Ascen. &c, ordinantur *Officij, & Missa tam privata, quàm Conventuales, sive Litaniarû in Eccles. universali, modò 29. ac 30. Aprilis, ac 2. Maij declarato; ad priores quod attinet, si Festum hodiernum incidat in Feriam II. Rogation: tunc in Missis privatis Oratio 2. est de Feria II. Rogationum. 3. de Ss. Alexandro & Socijs (sine 9. de his Lectio in Officio) & in sine Missâ tunc legitur Evangelium de eadem Feria curr: ac etiam de eadem tunc dicitur 9. Lectio in Officio hodierni Festi: in Missa autem Conventuali illa, quæ dicitur de Festo, non debet fieri Commemoratio Ss. Alexandri & Socior: quia non est Missa privata.*

In *Vesperis II.* (in quibus dic: omnia, ut in 1. præter Antiph: ad *Magnificat*, quæ est propria) fit Commemoratio de S. Monica, ut ibi, vel si hujus Festum ob occurrentem cras

Dominicam transferatur, fit Commemoratio de crastina Dominica sine Commemoratione de Die *Octavam Ascensionis*, si in hujus crastinam incidat hodiernum Festum; quia in 2. *Vesperis Festum*; quia in 2. *Vesperis Festum*. 2. *Classis* tunc tantum fit Commemoratio in concursu cum Die infra Octavam non privilegiatam de Die *Octavam*, quando de hac sequenti fit Officium, uti habetur Rubr: *Col. IX. n. 6. ante fin. Col. Rub.*

Ubi *S. Monica* celebratur sub ritu Dupl. 1. *Classis*, ibi integræ speræ hodie dic: de illa, de Festum Inventionis fit tantum Commemoratio. *Col. Alb.* Ubi verò *S. Monica* celebratur sub Ritu Duplici tantum 2. *Classis*, ibi *Vesperæ* integræ sunt de Festo *S. Crucis* tanquam Digniore, de *S. Monica* autem fit tantum Commemoratio. *Rubr: Gen: II. a. a.* Porro ubi idem *S. Monica* Festum celebratur cum Octava, Lectio in II. & III. Noct: dicuntur per Octavam, prout norantur in *Octava Rom: fol. 181.*

Occasione hodierni Festi respondendum est ad *Quæstionem* jam olim tempore *Gulielmi Durandi*, *Episcopi Ecclesie Mimatenensis*, à quibusdam *Eruditione Sacra* non admodum magna pollentibus motam; ad Heretodoxis verò non sine invidiosum admodum *Sarcasmo* rudioribus Catholicis hodie dum proponi solitam sciscitando ex ipsis: *Eccur in Ecclesia*

La Catholica Die 3. Maij, ac iterum
 14. Septembris fiat Festum de CRUCE,
 in qua Christus fuit dehonestatus, ac flagel-
 latus (saltem linguis blasphemantium
 Iudeorum) & non etiam de ASINA,
 in qua valde fuit honoratus, nec etiam
 de alijs, qua ipse tetigit? RESPONDERI
 potest (inquit ad hunc Cavillum Du-
 randus, utriusque Juris non minus,
 quam Theologicâ Scientiâ jam plu-
 ribus abhinc Sæculis clarus) quòd
 Latus honor super Asinam impensus tran-
 siveris, & mundanus fuit, de quo proin ho-
 more (ut idem ait) curandum non est:
 ut inde Salus nostra prodijt. Præterea
 per Alia, qua ipse tetigit, non leguntur
 Miracula, & sanitates fieri, nec per illa
 redempti sumus: dehonestatio verò CHRIS-
 TI, in Cruce facta, nostra Redemptio
 fuit. Ita Durand. Ration. Divinor.
 Officior. l. 7. c. 11. n. 6. Videndus e-
 tiam ibidem à n. 1. ubi ait: Sicut B.
 Virgo portavit Dominum, ita & Sancta
 Crux suo modò: & sicut Dominus dat
 Aquis Baptismalibus Sanctificare, & alijs
 Sacramentis, ita per tactum Dominica
 Crux Sanctificatum fuit Lignum, ut nos
 suo modò Sanctificare possit. Vide Eum-
 dem. l. 6. c. 67. de Dominica in Ra-
 mis Palmar. n. 11. Et l. 7. c. 29. de
 Festo Exaltationis S. Crucis, ex Recen-
 tionibus verò P. Jacobum Gretserum,
 Soc. JESU Theologum, Tr. De Cruce
 Christi, Rebusque ad eam pertinentibus,
 ubi l. 1. c. 50. & seqq. uti & Tom.
 3. l. 3. c. 5. & 7. hanc, pluresque a-
 lias ejusmodi Hæreticorum lædorias

ac frigidissimas cavillationes, ex
 Claudio Taurinensi, antiquissimo Ico-
 nomacho, à posteriorum Temp: Secta-
 rijis petitas, ita solidè refellit simul, ac
 exagitat, ut Heterodoxos meritò pu-
 dere debeat hæc talia Orthodoxis
 obijcere; & insuper eòdem, ac 4.
 alijs, de S. Cruce anno 1598. 1605. &
 1608. à se contra Inimicos Crucis Christi
 editis in lucem Tomis, Cultum S.
 CRUCIS, Ejusque Sacrarum Imagi-
 num, adeò invictis tueretur Argumen-
 tis, Recentiorumque Iconomachor-
 um Sophismatis ita suas detrahit
 larvas, ut nemini non pateat, quam
 magnum sub ijs lateat inane.

4. S. MONICÆ VIDUÆ. Semid:
 Col. Alb. OFFIC: de Communi nec
 Virg: nec Mart: Ritu Paschal: nisi
 transferatur post Octav: Pentec. Le-
 ctiones I. Nocturni de Script: occur-
 rente, nisi ponendum sit Initium a-
 licujus Epistolæ, vel Libr. Sac. Script:
 nondum positum; aut nisi veniat
 hoc Festum in Feria II. Rogat: vel in
 Vigilia Ascens: tunc enim ponendum
 Initium Epistolæ nondum positum
 præcedentis Dominicæ, aut, si jam
 sit positum, sumendæ in defectu Le-
 ctionum de Scriptura sunt de Com-
 muni nec Virg: nec Mart: *Mulierem
 fortem &c.* Lectiones II. & III. Noct:
 propr: uti & Oratio, cui in Laudi-
 bus additur Commemoratio: Paschal:
 de S. Cruce, nisi veniat infra Octav:
 Ascens. Quòd si alicubi ipsum Fe-
 stum S. Monicæ celebretur cum O-
 ctava,

[R 3]

ctava,

Octava, Lectiones in II. & III. Nocturno leguntur, uti præscribitur in OCTAVARIO Rom: foliò in præfixo eidem *Indice Octavarum* allegatò.

MISSA, uti notatur, cum *Gloria* sine *Credo*, nisi veniat infra Octav: Ascens. Oratio 1. propria. 2. *Concede*. 3. Ecclesiæ vel pro Pap. Præfat: de Ascens: cum hujus *Communicantes*, si veniat infra Octav. Ascens: alioquin Præfatio Pasch: nisi transferatur post Octavam Pentecostes (uti anno 1704.) tunc enim dic: Præfatio Communis, seu ultima, ac tota *Missæ* Ritu non Paschali, h. e. omiſſis *Alleluja* ad Introitum, Offertorium, ac Communionem, diciturque post Epistolam Graduale cum Versu &c. uti in *Missæ Cognovi* de Comùn: nec Virg: nec Mart: Orat. 2. tunc in Semiduplicibus est: *A cunctis*. 3. ad lib: nisi faciendâ sit Comemoratio Festi Simplicis. Atque hæc etiam suò modò sunt observanda circa alia Festa hujus, ac sequentis Mensis, quando illa à Tempore Paschali ad Tempus non Paschale transferuntur. Si veniat hoc Festum in Feria II. vel III. aut IV. Rogationum, ordinantur *Officium*, & *Missæ* tam *Conventuales*, ac *Litaniarum*, quam *privatæ*, ut supra Die 16. Aprilis. Si verò veniat infra Octavam Ascensionis, tunc ordinantur (sub Ritu tamen Semid.) uti 2. hujus &c.

Secundæ Vesperæ (nisi cras occurrat feri aut de Festo 9. Lectionum translato, aut de Dominica)

ſiebant antehac in Ecclesia univ: li hac Die integræ de S. Monica cum Commemorat: Paschali deſe: ce; Romæ autem, & in Op: Boschi Dertonenſis Diceceſis, nec in Diceceſibus Montis Regalis, & pefina, & Sutriæ, ſiebat à Cap: lo de craftino Feſto B: Pij V. Pap: Conf: ſub *Ritu ſemid: ad Libitum* cendo omnia, præter Orationes quæ eſt propria, ut in 1. Vesp: Conf: Ponr: Ritu Paschali, cum Comemorat: S. Monicæ, ac Commemoratione Paschali de Cruce, nisi quòdo Is incidebat in Diem *Dominicæ* vel in aliquem *Diem Feſtivarum* *litium*, vel veniebat infra *Octavam*, aut incidebat in *Festum* *aliqui* *Sancti*, de quo in aliquo Religione, vel Diceceſi ex *Indice* Sedis Apoſtolicæ ſiebat *Officium* *Præcepto*; tunc enim etiam ibi, ut Feſtum B. Pij erat tantum *ad Libitum* eò annò nec die ſuo proprio (quod eſt Dies 5. Maij) poterat celebrari, nec in alium transferri, ſed penitus erat omittendum, atque adeo de ea nihil illò annò faciendum; quod ità circa *quæcumque Feſta ad Libitum creverit* Sac. Rit: Congr: die 2. Decem: 1673. item die 24. Jan. 1682. & 1699. 19. Januarij; quibus Decretis etiam Romæ mos gerebatur, uti conſtat in Directorio non uno Romano præſentium annorum, nominatum illud quod editum fuit 1704. nam in eò annò ad diem 5. Maij hæc annotata lege-

legabantur: Hòc annò de B. Pio V. Pap. & Conf: nihil sit: & in fine ejusdem Directorij, ubi Festa ad Libitum pro more ponere solet, B. Pium V. annò illò omittebat; quia nempe eò annò cadebat in Diem quandam *infra Octavam Ascensionis*. Ex quibus, uti & (ut mox dicam) alijs quoque rationibus manifesti erroris convincuntur quaedam Breviaria, Missalia, ac Diurnalia (nominatim 1692. & 1697. alicubi impressa) nec non eorundem quaedam Supplementa separatim ante sedecim annos alicubi rypis excusa, dum in Rubrica huic Festo præfixa asserunt: Festum B. Pij V. (loquuntur de Tempore, quò nondum erat Canonizatus) *Romæ*, & *Locis* supra nominatis esse Festum *seculare de precepto*, alibi verò, id est, per reliquam Ecclesiam esse Festum *seculare ad Libitum*: nam falsum esse utrumque hoc Assertum constat ex paulò ante dictis, & omnibus Directorijs Romanis jam inde à Tempore Innocentij XI. usque ad currentem annum 1713. Romæ impressis, in quibus (ut videre est in eorundem pagina seu Columna 2. nec non in fine illorum Directoriorum post Festa Mensis Decembris) Festum B. Pij V. inter Festa *ad Libitum*, non autem de precepto, & quidem solummodo *Romæ*, ac certis quibusdam *Locis* tanquam speciali Indulto sub Ritu *seculari*: ad lib: concessum ponitur: & verò, quòd usque ad annum 1713.

etiam Romæ non fuerit Festum *de precepto*, sed tantum *ad Libitum*, etiam ex eo est manifestum, quòd (ut paulò ante dictum) annis illis, quibus incidit *infra aliquam Octavam*, aut in *Diem Dominicam*, aut in *aliquam Dierum Festorum Mobilium*, nihil factum fuerit in *Officio*, vel *Missæ*, aut illo, aut alio die Romæ de B. Pio V. hoc autem nec debuisset, nec etiam potuisset ibi fieri, si ibi B. Pius V. eò Tempore fuisset Festum *de precepto*; nam Festa 9. Lectionum de precepto non *omitti*, sed transferri debent illis annis, quibus proprio suo Die celebrari non possunt. Quòd autem nec Festum fuerit tunc Temporis *ad Libitum* per totam reliquam Ecclesiam, sed tantum cum restrictione ad illa loca, quibus speciali Indulto Pontificio id competebar, colligitur ex eo, quòd nullum allegari possit exemplum alicujus Festi, quòd sit *ad Libitum per totam Ecclesiam*, quando illud est Festum solummodo alicujus *Beati*, nondum verò *Canonizati*. Quòd autem ex eo, quòd B. Pius V. *Romæ* fuerit tunc Temporis Festum *ad Libitum*, nequaquam sequatur, quòd etiam alibi sub simili Ritu secluso speciali Indulto Sedis Apostolicæ potuerit celebrari, certum sit inde, quòd Sac. Rit. Congr. (ut videre est in ejus Decretorum Registro, Breviarj Romani Calendario quoad hoc summarè præfixo) inter alia declaraverit, ac decreverit: Non posse *Offi.*

Officia Sanctorum particularibus locis concessa de loco ad locum extendi; nec posse locorum Ordinarios citra Licentiam Sedis Apostolicæ, aut S. R. C. addere Calendarijs, etiam proprijs, aliquod aliud Officium; nec denique de *Beatis* nondum *Canonizatis* aliquid propria Auctoritate ab iisdem constitui, sed omnino consulendam esse Sac. Rit. Congr. Vide Dicta superius Die 19. Febr. ubi Errorem, hactenus refutato persimilem, ex Gav. Tom. 2. S. 7. c. 4. in fine refero, qui olim [ut loc. cit. queritur Gavantus] circa Festum S. Conradi Placentini in Breviarium Venetijs impressum irrepsit, & inde in quædam etiam particularium Ecclesiarum Calendaria fuit propagatus, & à pluribus in hanc usque Diem inobservatus. Verùm cum annò 1712. B. Pius V. Die 22. Maij ipsò Festò SS. Trinitatis à Ss. D. N. Clem. XI. cum BB. Andrea Avellino, Felice Capuc. & Catharina de Bononia Sanctorum Catalogo solenni Ritu sit adscriptus, annò autem insequenti 1713. Die 17. Febr. Idem Sanctiss. ejusdem Divi Nomen Martyrologio Romano cum Elogio inseri, Festum verò illius sub Ritu *semiduplici de præcepto* per universalem Ecclesiam [de qua adeò præclare est meritum] celebrari mandaverit, ideo deinceps, nisi incidat in Dominicam, aut Diem aliam [Festo v. g. mobili altioris Ritus] impediram, adeoque sit transferendum

in aliam Diem non impediram celebrandum est Festum hujus Sacerdotis in universali Ecclesia sub Ritu prædicto Die 5. Maij, ut sequitur: *De speræ hodiernæ, nisi cras occurrat Dominica, aut Festum mobile, Ascensio Domini, dicentur à Cælestino Pontif. Confessor. Ritu Commemoratione Festi præcedentis, ac de Cruce, nisi currat Octava, dicendo omnia præter Orationem [quæ est propria] ut in 1. Vesp. de Communi Conf. Pontif. Ritu. Ritus: Paschali [nisi transferatur post Octav. Pentec.] de præcepto. Cælestini Pontif. Confessor. Ritu. Paschali. si transferatur post Octav. Pentec. Lectiones I. Noct. de Script. occurram, nisi ponendum sit Initium Epistolæ aut Libri nodum positum, vel ob concurrentem fortè hodie Feriam Rogation. sumendæ sint de Communi. Lect. II. Noct. propria, prænotantur vel in Ordine novæ, vel ad calcem minus recentium Breviarior: ità tamen, ut in fine tertie Lectionis secundi Nocturni, præter illa Verba: *multis à DEO per intercessionem patris miraculis*, deinceps apponantur [ubi non habentur] sequentia: *Quibus ritè probatis à Clemente undec. Pontifice maximo Sanctorum numero adscriptus est. Lectiones III. Nocturni: Homo peregrè &c.*, de Communi: Conf. Pontif. Orat. propria.*

occurrat in Vigilia Ascensionis hoc Festum, tunc Lektionen I. Nocturni sumuntur de Comuni Conf: Pontif: *Fidelis Sermo &c.* nona autem Lectio tunc dicitur de Vigilia cum ejus Commemorazione in *Laudibus & Missa*, cui in Missis privatis [non autem in Officio] superadditur Commemoratio de Rogationibus, & in fine eorundem Missarum privatarum legitur Evangelium de Vigilia, modò supra P. I. infra Hebdomadam V. post Pascha declarato; ubi Vide, quid universim circa *Officium, & Missas*, quæ privatas, quæ etiam *Conventuales* in Triduo Rogationum sit observandum, si hoc, aut aliud Festum 9. Lektionum incidat in illud Triduum.

MISSA: *Statuit &c.*, 1. de Comuni Conf: Pontif: Ritu Paschali, nisi transferatur post Octavam Pentecostæ cum Gloria sine Credo [nisi veniat infra Octav. Ascens.] Orat. 1. propr. 2. *Concede.* 3. *Ecclesie*, vel pro Pap. nisi facienda sit una, vel plur: Commem. Præf: Paschal. *Col. Alb.*

VESPERÆ hodiernæ [nisi hodie aut cras occurrat Festum Ascensionis] sunt de S. Joanne ante Portam Latinam, dicendæ Ritu dupl: majore de Commun: Apost: Temp. Paschali cum propria Oratione, & propr. Antiph: ad *Magnificat*: In iisdem sit Commemoratio S. Pij V. si hodie fuit de ipso factum Officium.

Si hodie, aut cras occurrat Dominica, sit de illa [ante Commemorationem de S. Pio, si hodie sit Sabbarum] in hodiernis Vesperis pariter Commemoratio, nisi craftinum Festum celebretur alicubi sub Ritu dupl: 1. vel 2. Classis; ibi enim sit quidem Commemoratio de Dominica cras subsequente, non tamen de Festo hodiern: Semid. *Col. Rub.* Si hodie factum sit de *Die Octava Ascens:* tunc de sequenti Duplici sit tantum Commemoratio, nisi istud alicubi celebretur sub Ritu 1. vel 2. Classis: tunc enim Vesperæ dicendæ forent integræ de Festo, & de *Die Octava Ascens:* solummodo in illis faciendæ Commemoratio juxta Rubric: *Tabulæ concurrentiæ* subscriptam. Atque hoc ipsum venit observandum, quando aliud sequentium Festorum duplicium habet concursum cum *Die Octava Ascens:* in 1. aut 2. Vesperis Diei illius Octavæ.

rationem de S. Pio, si hodie sit Sabbarum] in hodiernis Vesperis pariter Commemoratio, nisi craftinum Festum celebretur alicubi sub Ritu dupl: 1. vel 2. Classis; ibi enim sit quidem Commemoratio de Dominica cras subsequente, non tamen de Festo hodiern: Semid. *Col. Rub.* Si hodie factum sit de *Die Octava Ascens:* tunc de sequenti Duplici sit tantum Commemoratio, nisi istud alicubi celebretur sub Ritu 1. vel 2. Classis: tunc enim Vesperæ dicendæ forent integræ de Festo, & de *Die Octava Ascens:* solummodo in illis faciendæ Commemoratio juxta Rubric: *Tabulæ concurrentiæ* subscriptam. Atque hoc ipsum venit observandum, quando aliud sequentium Festorum duplicium habet concursum cum *Die Octava Ascens:* in 1. aut 2. Vesperis Diei illius Octavæ.

6. S. JOANNIS ante Portam Latinam. Dupl. maj: *Col. Rub.* Si hodie occurrat Festum aut Dies Octava Ascensionis, tunc Festum S. Joannis ante Portam Latinam (par Ratio est de quibuscunque alijs Festis in Festo Ascens: occurrentibus) transfertur in diem proximam non impeditam. Alioquin hodie sit OFFIC: de S. JOANNE, ut in Commun: Apostolor: Temp. Pasch. In I. Noct: legitur Initium Epistolæ 1. B. Joannis, ut in Dominica infra Octavam Ascensionis, nisi eo Tempore jam aliunde legatur de [S] Li-

Libro Apocalypsis, vel ejus Epistola; tunc enim ponuntur in I. Nocturno Lectiones eo die occurrentes. Quod si in Sabbato infra Octavam Ascens: occurrat hoc Festum, legerur in I. Noct: Initium Epistolæ illius ex Dominica sequente, in hac autem legentur tunc Lectiones Feriæ II. sequentis, nè bis ejusdem Epistolæ Initium immediatè legatur. *Brev: apud Gav: hic.* Lectiones II. & III. Noct: propriæ; At quando occurrat hoc Festum in *Dominica*, aut *Feria II.* *Rogat:* vel transfertur in Diem, in quo simul occurrat *Festum Simplex*, habens *propriam Lectionem*, tunc convenienter Lectio nona conjungitur Octavæ (quia in illa de Martyrio hujus S. Apostoli agitur, ut observat hic Gav.) 9. autem Lectio tunc diè: de occurrente illa *Dominica*, aut *Feria*, aut *Festo Simplici*, cum Commemoratione *Dominicæ* in Officio, ac Missa; vel *Feriæ* in Laudibus, & Missis, vel *Simplicis* in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, ut supra. *Col. Rub.*

MISSA, uti notatur, cum Glor: & Cred: Orat: Unica, & Præf: de Apost: etiam tunc, quando hoc Festum venit infra Octavam Ascensionis, dicendum tamen tunc est *Communicantes Ascensionis. Col. Rub.*

In 2. VESPERIS (in quibus Oratio, & Antiphona ad *Magnificat*, ut in 1. Vesperis) fit Commemoratio de S. Stanislao Episc: & Marr: ut in 1. Vesp: de Comuni; Marr: Temp.

Pasch. Cum Orat: propr: nisi ob concurrentem cras Dominicam celebratur; tunc enim fit Commemoratio non de illo, sed de *Dominica. Col. Rub.* Quod si hodie occurrat Dominica, fit etiam illius Commemoratio: in hod: Vesperis, & postea S. Stanislao, nisi cras occurrat festum Ascensionis; tunc enim diernæ Vesperæ integræ dicuntur Ascensione sine Commemoratione ulla, etiam S. Joannis, & tunc *Alb.* Si cras occurrat Dies Octavæ Ascensionis, tunc hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur in *Col. de Die illa Octava*, attamen Commemoratione de S. Joanne supra, in Ecclesia universalis, ubi S. Joannes hodie celebratur Duplex 1. vel 2. Classis; Vesperæ integræ erunt de illo, & de die Octavæ Ascens: fiet tantum Commemoratio, ut in 1. Vesperis illius; hinc enim *Dies Octavæ Ascens:* perinde, ut *Dies Octavæ Corporis Christi*, non tunc *Duplici majori* secum occurrenti, ac proinde in utroque *Concursu* exigit integras Vesperas; solam Commemorationem de Festo secum concurrente, cedit tamen utraque Festo dup. 1. & 2. Classi: tantum 1. quàm 2. Vesperis, contenta solè in illis Commemoratione.

Ubi *Festum S. Joannis ante Portam Lat:* celebratur cum Octava, ibi dicitur infra Octavam, in quibus fit de illa, dic: Lectiones in II. Noct: ut

nocentur in Octavario Romano à fol. 139. in III. Noct: autem, uti notantur ibid: fol. 140. & seqq. Si ejus Octava concurrat cum Octav: Ascens: hæc illi præfertur tam in Officio, quam in Messa, sive faciendum sit de Octava ipsius Officium, sive tantum Commemoratio, ob concurrentem v. g. Dominicam, aut Festum 9. Lectionum, uti præscribit Rubrica de Octavis n. 3. ante fin.

Quando venit hoc Festum in Fer. II. aut III. aut IV. Rogation: vel infra Octav: Ascens: Ordinantur Officium, & Missæ tam Convent: quam privatæ modò Die 29. & 30. Aprilis, ac respectivè 2. Maij &c declaratò.

7. S. STANISLAI Episc. & Mart. Semid. Col. Rub. OFFICIUM (nisi transferatur hoc Festum post Octavam Pentec: adeoque à Tempore Paschali ad non Paschale) dic: de Commun. Un. Mart. Temp. Pasch. sequentem in modum. Oratio propria. Lect: I. Noct: de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac: Script: nondum positum (uti contingit, quando Festum S. Joan: ante Portam Latin: incidit in Dominicam 4. post Pascha) aut nisi occurrat Feria II. aut IV. Rogation: quia tunc (nisi ponendum sit Initium Scripturæ nondum positum) sumenda sunt de Commun: Un: Mart: Pontif: A Miletò &c. Lect: II. Noct: propriæ.

III. Noct: Ego sum vitis vera &c, ut in Commun: Mart: Temp: Pasch: 1. locò. Si Festum hoc transferatur post Octavam Pentecostes (uti contingit, quando in Diem hunc incidit Dies Octava Ascensionis, uti anno 1693.) tunc dic: Offic: de S. Stanislaò, ut in Comuni Un: Mart: extra Tempus Paschale. Orat: & Lect: I. ac II. Noct: ut supra. III. Noct: de Homilia in Evang. Si quis venit ad me &c, ut in Commun: Un: Mart: extra Tempus Paschale 1. locò. Col. Rub.

MISSA : Protexisti me (sic celebratur Tempore Paschali) 1. de Comuni Martyrum Temp. Pasch: cum Glor: sine Cred: (nisi veniat infra Octav: Ascens: tunc enim dic: Credo) Orat: 1. propr. 2. Concede. 3. Ecclesie, vel pro Pap: Præf: Paschal: nisi veniat infra Octavam Ascensionis; tunc enim dic: Præfatio de Ascens: cum ejusdem Communicantes. Extra Tempus Paschale dicitur Missa : Statuit &c, 1. de Comuni Un: Mart: Pontif: cum Gloria sine Credo. Oratio 1. cum correspondente Secreta, ac Postcommunione, ut Temp: Pasch. Oratio autem tunc 2. A Cunctis 3. ad sibi: Præf: ultima, seu Communis. Col. Rub.

Quando incidit hoc Festum in Feriam II. aut III. aut IV. Rogation: aut occurrit infra Octavam Ascens: Officium, & Missæ ordinantur, ut supra 26. Aprilis, & 2. Maij &c.

VESPERÆ (nisi cras occurrat Festum Ascens: aut Dies illius Octava) dic: de Apparitione S. Michēlis Archangeli: uti in propr: loco, sub Ritu dupl: Maj: eoque Paschali, nisi ob occurrentem v. g. Die crastinā Octavam Ascensionis, illa transferatur post Octavam Pentecostes; sitque in iisdem Vesperis Commemoratio S. Stanislai, & ante istam etiam Dominicæ, si hodie sit Sabbatum. Col. Alb.

8. APPARITIO S. MICHAELIS ARCHANG. Dupl. maj. Col. Alb. In OFFICIO omnia dicuntur, uti notantur hac Die in propr: Sanctor: & quidem Ritu Paschali, si celebretur currente etiamnum Tempore Paschali; si autem transferatur ultra Tempus Paschale (ob occurrentem hodie Diem Octavam Ascensionis, uti contigit 1704.) tunc fit Offic: uti 29. Septembr: nisi quodd, si in 2. Vesperis tunc concurrat cum Festo Ss. Corporis Christi, Vesperæ de hoc dicantur, sine ulla Commemoratione, tam hodierni, quam alterius Festi, Hymnusque Completorij tunc terminetur per Vers: *IESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Benedictio Octava (quocunque Tempore celebretur) in Officio Apparitionis S. Mich. est: *Quorum Festum Colimus &c.* Si occurrat hoc Festum *Feriâ 2. Rogat: aut in Dominica*, vel celebretur (Ritu consueto) in aliquo Die, quô simul occurrat Festum *Simplex*, habens propriâ

Lectionem, tunc in III. Noct: Lectioni Octavæ convenienter adscribitur nona (utpote in qua solatur de Ss. Angelis, id quod hinc citatur Gav.) nona autem Lectio dic: de *Feriâ 2. Rogat: aut Dominica* aut *Festo illo Simpliciter* occurrente, quibus sit etiam suis locis Commemoratio, ut supra in Festo S. Joannis ante Port: Latin: ad cuius Festi similitudinem etiam hodierni Festi *Officium & Missa* de reliquo ordinantur, quando Festum illud hodiernum *cursum*, aut *concursum* habet cum aliis Festorum aut Dierum Officiis (uti cum incidit in Triduum Rogationum, aut venit infra Octavam Ascensionis &c) vel altiolem alicuius Ritus habet, vel etiam Octavam pro qua in II. & III. Nocturno decendæ Lectiones assignantur ab Octavario Romano fol. 106. &c. uti in Diem 8. Maij. Cæterum cum transferatur hoc Festum ultra 15. Maij, quam aliàs cadit Dies illius Octava, juxta Rubr: Gen: X. n. 1. in fine nisi Titularis Ecclesiæ Privilegio alicubi aliter fieri oporteat juxta Rubr: Gen: X. n. 1. in fin.

MISSA, uti notatur hac Die cum *Gloria, Credo, & Orat: Unica* si veniat in Dominica, aut Triduo Rogation: aut infra Octav: Ascensionis &c) Præfat. Paschal. si celebretur Tempore Pasch. Si verò celebretur extra Tempus Pasch: tunc omnia ad

ad Introitum, Offertorium, & Communionem *Alleluja* dic: Præfatio Communis, & post Epistolam Graduale cum suo Vers: &c, uti in Declaratione S. Michaël: 29. Sept.

VESPERÆ (nisi cras occurrat Festum Ascens: aut Dies ejus Octava) de eodem Festo Apparitionis, cum Psalmis, Versu, & Antiph. ad Magnificat, ut ibi. Commemoratio de S. Gregorio Nazianzeno (nisi is cadens in Vigiliam Pentecostes sit transfusus) per Antiph. *O Doctor optime &c*, ac Orationem, ut in propr. Sanctior. Col. Alb. Si Festum Apparitionis, aut aliud 9. Lectionum (nisi illud fuerit unum ex solennioribus, h. e. 1. vel 2. Classis) cadat in Feriam VI. post Octavam Ascens: fit de Die, seu Feria illa currente in hodiernis Vesperis [non autem in hesternis] necnon in hodiernis Laudibus, ac Missa Commemoratio, sumendo Orationem cum Vers: & Antiphon: ex Dominica præcedente. Col. Alb.

Quid agendum, si in hodiernum Diem incidat alicubi *Dies Octava* alicujus partit: Festi, dictum est supra Die 1. Maij &c.

9. S. GREGORII Nazianz. Episc. Conf. & Ecclesi. Doct. Dupl. min. Col. Alb. Officium hujus Festi dic. de Communi Conf. Pontif. & quidem Ritum Paschali, nisi transferatur post Octavam Pentec. uti contingit, quando incidit in Vigiliam, aut Festum, aut Octavam Pentecostes. Lect. I.

Noct. de Scriptura occur. nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script. nondum positum; aut nisi hodie occurrat Feria II. aut IV. Rogat. tunc enim [nisi ponendum sit, ut modò dixi, Initium Epistolæ nondum positum] Lektionen I. Noct. sumendæ sunt de Communi Doctorum: *Sapientiam omnium antiquorum. Lect. II. Noct. propriæ. III. Noct. Vos estis sal terra &c.* ut in Communi Doctor. Responsor. Octav. in Medio Ecclesia, ut ibid. Oratio: *DEUS, qui Populo tuo &c.*

MISSA: In Medio Ecclesia &c de Communi Doctor. sed Epistola: *Justus cor suum &c*, quæ extat in fine illius Missæ. Oratio unica, ut in ead. Missâ, dicendâ cum Gloria, Credo, ac Præfat. Pasch: Siquidem illa celebretur Temp. Paschali; alioquin Præfatio Communis, & post Epistolam Graduale cum Versu sequente &c. Col. Alb. Quando incidit hoc Festum in Triduum Rogation. aut in Dominicam, vel venit infra Octavam Ascens: &c, tunc Ordinantur Officium, & Missa, uti 29. & 30. Aprilis, ac respectivè 2. Maij. &c.

In 2. Vesperis [in quibus Antiph. ad Magnificat: *O Doctor optime &c*] nisi cras occurrat Vigilia, vel Festum, aut Octava Pentec. aut Dominica, fit Commemoratio de S. Antonino Episc. Conf. nec non de Ss. Gordiano, & Epimacho MM. atque de his etiam tunc, quando cras

occurrit Vigilia Pentec. aut Domini-
ca per annum, non tamen, si cras
occurrat Festum 1. vel 2. Classis.
Col. Alb.

10. S. ANTONINI Episc. Conf. Se-
midupl. de præcepto. Col. Alb. Si
hodie occurrat Festum vel Vigilia
Pentecostes, aut Dies infra Octavam
Pentec. transfertur hoc Festum [par
Ratio est de alijs Festis 9. Lectio-
num], post Octavam Pentec. & fit
de illo Ritu non Paschali; de Fe-
stis autem Simplicibus occurren-
tibus in *Vigilia Pentec.* fit quidem
Commemoratio in *pridianis Vesperis*
[nisi illæ fuerint de Festo 1. Classis]
ut & in *Laudibus* Officij, quod dici-
tur Sabbatò in Vigilia Pentec. una
cum 9. si propriam habeant, de ijs-
dem Lectio; non tamen fit de il-
lis Comemoratio in ipsa *Missâ Vigilia*
Pentecostes, quantumvis facta fuerit
illorum Comemoratio in Officio
Vigiliæ. At verò in Festo, seu Do-
minica Pentecostes, ut & Feriâ II.
ac III. mox subsequente, nec in *Offi-
cio*, nec in *Missâ* fit quidquam de Fe-
sto aliquo Simplicis; reliquis autem
infra Octavam illam Diebus, fit tam
in Officio, quàm in *Missâ* de illis [at-
tamen sine Lectio] Commemo-
ratio usque ad *Vesperas* 1. Festi SS.
Trinit: exclusivè. In Festo autem SS.
Trinitatis [ubi hæc non est Titulus
Templi] post Commemorationem
de Dominica [de qua dic. 9. Lectio
in Offic. & ult. Evang. in *Missâ*] fit

etiam Comemoratio in *Laudibus*
ac *Missis privatis* de Festo Simplicis
currente, ut & in *Vesperis* (secun-
dis de Festo Simplicis subsequente)
ubi verò SS. Trinitas est Titulus
Templi, ibi in Festo SS. Trinitatis
nec in Officio, nec in *Missâ* SS. Tri-
nitatis fit quidquam de Festo Simplicis
occurrente, nec etiam de subsequente
te in 2. *Vesperis* SS. Trinitatis: id est,
est, si post Feriâ III. Pentecostes
post Fest: Ss. Corporis Christi, aut
aliud Festum 1. Classis sequatur
mediate Festum Simplex; nam
pridie talis Festi Simplicis
nulla fit Comemoratio in *Vesperis*.
Si Festum Simplex veniat infra Oc-
tavam Corporis Christi, fit de eo
Commemoratio pridie (nisi eo die
occurrat Festum 1. aut 2. Classis) nec
non in postera diei (h. e. illius, in
quam cadit Festum Simplex) *Lau-
dibus*, ac *Missâ*, non tamen legitur
tunc nona Lectio de Festo Simplicis
nisi die illo, quò hoc occurrit, fit
Officium Duplex de alio Simplicis
tunc enim legitur de Festo Simplicis
etiam 9. Lectio, modò propriam
(unam vel duplicem) id habeat.
non tantum aliquam de Commemoratione
modò item Duplex illud non fit
Duplex 1. Classis; utpote excludenda
non tantum *Lectio*, sed etiam
Commemorationem omnem de Fe-
sto Simplicis tam occurrente, quam
subsequente: nec denique duplex
illud occurrat in Dominica; tunc
nim

nona Lectio est de Dominica,
& Simpliciter fit tantum suis locis
Commemoratio modò supra & ali-
bi dictò. De reliquo dicitur 9. Le-
ctio de Festo Simpliciter etiam in Festis
dupl. 1. Class: infra Octav. Ss. Corporis
Christi extra Dominicam occurren-
tibus, si Festum Simplex propriam
habeat, esto tunc Commemoratio
de eo fiat non nisi in Laudibus, &
Missis privatis, non autem in pri-
dianis Vesperis. His Prænotatis

OFFICIUM de S. Antonino dic: ut
in Communi Conf. Pont. Temp.
Pasch. si eo Tempore celebretur.
In Hymn: *Iste Confessor* mutatur 3.
Vers. Lect. I. Noct. de Script. occur-
rente, nisi ponendum sit Initium
alicujus Epist. aut Libri Sac. Script.
non dum positum, aut nisi occurrat
Feria II. vel IV. Rogat. tunc enim
sumenda sunt de Communi: *Fidelis*
Sermo &c. Lect. II. Noct. propria.
III. Noct: *Homo peregrè &c.* de eo-
dem Communi. 9. Lectio (nisi ven-
iat in Feria II. aut IV. Rogatio-
num) de *Ss. Gordiano, & Epimacho*:
de quibus fit etiam Commemoratio
in Laudibus & post eam Commem-
oratio Paschalis de S. Cruce, si
celebretur Temp. Pasch. si verò ex-
tra illud, dicuntur Commemoratio-
nes Communes, seu Suffragia San-
ctorum ad Laudes, & utraque Ve-
spers: & sic usque ad Adventum
etiam in alijs Festis Semidupl. nisi
occurrant infra aliquam Octavam.
Col. Alb.

MISSA: *Statuit &c.*, 1. de Com-
muni Conf. Pont. dicenda Ritu Pa-
schali, si celebretur Tempore Pa-
schali, cum *Glor. sine Cred.* (nisi ven-
iat infra Octavam Ascens: tunc o-
nim dic. *Credo*) Oratio 2. de *Ss. Gor-
diano, & Epimacho*. 3. *Concede*. Præf.
Pasch. Si veniat infra Octavam A-
scensionis tunc 2. Oratio erit de O-
ctav. 3. de *Ss. Martyribus*. Præfat.
& *Communicantes* autem de Ascens.
Si celebretur extra Tempus Pascha-
le, ad Introitum, Offertor: & Com-
munionem omittentur *Alleluja*, di-
cereturque post Epist. Graduale cum
Vers. seq. & tunc (nisi occurrat Fe-
stum Simplex, vel Dies infra ali-
quam Octavam) 2. Oratio erit *A Cun-
ctis*. 3. ad Libitum.

VESPERÆ (nisi cras occurrat fie-
ri de Dominica, aut Festo alio trans-
lato &c.) de hodie Festo, ut in 2. Vesp.
Conf. Pont. cum Commemoratio de
S. Maria in Sabb. si cras de illa fiat
Offic. & Commemoratio Paschali de
Cruce, si celebretur Tempore Pa-
schali: alioquin dicuntur Commem-
oratio Communes, ut supra, cum
Precibus Dominicalibus ad Primam,
& ad Completorium, nisi currat
aliqua Octava. Col. Alb.

II. VESPERÆ (si hodie factum
est de Feria, aut Festo duntaxat Sim-
plici, nec cras faciendum sit de Do-
minica) dicuntur de *Ss. Nereo, &
Soc. MM.* sub Ritu Semidupl. Paschali,
cum Commemoratio Paschali de
S. Cru-

S. Cruce, ut in Comuni Mart: Temp. Pasch. nisi eorum Festum transferatur post Octav. Pentecostes. Orat. prop. Col. Rub.

12. Ss. NEREI, ACHILLEI, DOMITILLÆ Virginis, atque PANCRATII MM. Semid. Col. Rub. Officium (si celebretur hoc Festū Temp. Pasch.) ut in Comuni plur. Mart. Temp. Pasch. Lectiones I. Noct. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri S. Script. nondum positum, aut occurrat Feria II. Rogat. vel Vigilia Ascens. tunc enim Lect. I. Noct. sumuntur de Commun. plur. MM. extra Tempus Pasch. *Fratres Debitores*. Lect. II. & III. Noct. propriæ. Si occurrat hoc Festum in Fer. II. Rogat. aut in Vigilia Ascens. aut celebretur aliquo die, quo simul occurrit Festum Simplex habens propriam Lectionem, tunc (ut notat Gavarrus) conveniens est, ut 9. Lectio hodierni Officij jungatur Octavæ, & ex utraque fiat una; eò quod in illa Lectione, quæ alioquin est nona, agatur de Sanctis, de quibus hodie fit Offic. In Laudibus fit Commemoratio de Cruce, cui præponitur Commemoratio de Festo simplici, si quod occurrat; huic autem Commemoratio de Feria II. Rogat. aut de Vigilia Ascens. si harum alterutra occurrat. Si incidat in Fer. 3. Rogat. in Officio nihil fit de Feria, at in Missa Commemoratio de Ro-

gationibus, sed post Commemoratio de Simplici.

MISSA (si celebretur Temp. Pasch.) dic. uti notatur in Missa in Propr. Sanctorum cum Gloria. *Credo*, nisi veniat infra Octavam Ascens. Oratio 2. *Concede*. 3. *Exaudi* vel pro Papa, nisi occurrat Festum simplex, aut Feria II. vel III. vel Rogat. Præf. Pasch. Col. Rub. transferatur hoc Festum extra Tempus Paschale, tunc in Officio manent Antiphonæ, & Responsoria dicunturque ut in Comuni plur. Mart. extra Tempus Paschale; tamen dicitur Respons. *Hac est* *Fraternitas &c*; quia non omnes Fratres: dicitur tamen Oratio eadem, quæ Tempore Paschali, & eadem respectivè Lectiones in Nocturnis. MISSA (si transferatur hoc Festum à Tempore Paschali ad non Paschale, uti anno 1699. & 1704.) dicitur de Comuni plur. Mart. extra Tempus Paschale, Oratio: *Intret in Conspectu tuo &c*. Incipiuntur 1. Oratio cum correspondente sibi Secreta, ac Postcommunione, & Evangelium: *Erat quidam* *Regulus &c*: quæ dicuntur uti in Festo, cadente alioquin in Diem hujus. Oratio 2. autem tunc est *Cunctis*. 3. ad Libitum; nisi occurrat Festum Simplex, v. g. S. Petri Mart. uti 1704. tunc enim 2. Oratio de Simplici. 3. à *Cunctis*. Præfatio Communis, nisi occurrat infra Octavam

curam habentem Praefationem propriam. *Col. Rub. Gav. Tom. 2. Sect. 7. Die 12. ac Director: Roman: ad hunc annum*, quod Signatè assignat Missam *Intret in Conspectu tuo &c* de Communi plurim. MM. exceptis iis, de quibus supra: unde dubites, an sit authentica Rubrica illa, quæ in quibusdam Missalibus (nominatim 1689. impressis) subscripta legitur Missæ hodierni Festi pro Tempore non Paschali: quod etiam ex eo Colligitur, quòd alia Missalia, multò recentiora, illà penitus careant. Quare standum erit meo iudicio Auctoritate Gavanti, & Directorij Romani.

Ubi Festum *Ss. Nerei, & Soc. MM.* celebratur cum *Octava*, ibi infra *Octavam*, & in *Die Octava* in II. & III. Noct: dicendæ sunt Lectiones, prout assignantur in *Octavario Romano* fol. 305. & 182. ad diem 12. Maij. Quando hoc Festum occurrit in *Triduo Rogation:* aut infra *Octav: Ascens:* Ordinantur *Offic: & Missæ*, uti 26. April. ac 2. Maij. &c.

VESPERÆ (Ritu Paschali, vel non Paschali, prout scil: hoc vel illo Tempore celebratur hodiernum Festum) dic: ut in 2. Vesperis plur: Mart. nisi cras fiat alicubi, aut aliquando de Festo, aut Officio 9. Lectionum; nam si cras occurrat Festum Duplex, tunc in hod: Vesperis fit de *Ss. Nereo & Soe:* solummodo Commemoratio; si *Dominica*, aut

[Pars II.]

Festum Semiduplex, tunc Vesperæ 2. de *Ss. Nereo, & Soc.* dicentur quidem de ipsis usque ad *Capit: à Capitulo* autem de seq: *Dominica*, vel semidupl: integræ verò de *memoratis Ss. martyribus*, si cras, vel nullum occurrat Festum, vel tantum Festum simplex, aut *Officium de B. Maria* in *Sabbato*, de quibus tamen tunc fit *Commemoratio*, & post hanc etiam de *Cruce*, si celebretur Tempore Paschali. *Col. Rub.*

13. Si hodie factum est de *Fer: currente*, & cras non occurrit fieri de *Dominica*, aut *Festo 9. Lectionum*, nec de *S. Maria* in *Sabbato*, aut de *Feria 2. Rogat:* aut *Vigil: Ascens:* vel *Pentec: &c*, Vesperæ hodie dicuntur usque ad *Capit:* de *Feria* currente *Ritu Paschali*, à *Capit:* autem de *S. Bonifacio Mart:* ut in *Communi Mart: Temp: Pasch:* cum *Commemorat: Paschal:* de *S. Cruce. Col. Rub.* alioqui dicentur, ut supra die 27. April: ac respectivè die 10. hujus.

14. S. BONIFACII MART: Simpl. *Col. Rub.* Quando hoc Festum cadit in *Diem impeditum*, h. e. talem, quò fieri nequit de eo *Officium*, ac *Missæ* (cujusmodi sunt illi, de quibus heri, nec non *Die 28. April: & Die 10. Maij*, tunc circa *Officium & Missam* hujus *Diei* observanda sunt ea, quæ supra *memoratis duobus Diebus*, nempe 28. April. & 10. Maij, diximus esse observanda, estque hoc ipsum de alijs quoque *Festis Simplicibus*,

[T]

hòc

hōo & seq: Mense usque post Octavam Pentec. ac Corporis Christi occurrentibus, intelligendum. Quando verò incidit hod: Festum in diem non impeditum, tunc *Officium*, & *Missā* de S. Bonifacio dicuntur sequentem in Modum. Ad *Matutinum* Invitator: & Hymnus de Commun: Un: Mart: Temp. Pasch. Antiphona *Alleluja*. Psalmi ferial. Lectio I. de Script. II. & III. propr. Vers: Responsor: & reliqua uti 14. 17. & 28. April.

MISSA: Protexisti &c., ut in Comuni MM. Temp. Pasch. cum *Glor:* sine *Cred:* Oratio 1. propria. 2. *Concede.* 3. *Ecclesie*, vel pro Pap: nisi veniat in Feria III. Rogat: tunc enim in Missa de Festo Orat: 2. erit de Rogat: 3. *Concede.* Secreta, & Postcommunio 1. ut in Missa *Protexisti* penultimò locò. Præf: Pasch. *Col. Rub.* Si hodie occurrat fieri de Festo 9. Lectionum habente eandem Missam (nempe *Protexisti me DEUS*) pro Tempore Paschali, tunc Secreta, & Postcommunio pro Commemoratione de S. Bonifacio dicenda est illa, quæ in eadem Missa assignatur pro Martyre tantum secundò locò.

Si incidat hoc Festum in Triduum Rogationum, vel in Octavam Ascens: aut in Vigiliam, vel Ferias Pentecostes, aut in Sabbatum, ordinanda erunt *Officium*, ac *Missā* huius diei modò suprà Die 29. April. & 20. Maij &c Declaratò.

15. Si hodie factum est de *ria*, aut *Simplici*, nec eras occurrat Dominica, vel Festum alicuius Mart: nec currat aliqua Octava privilegiata (v. g. Pentecostes) tunc hodiernæ Vesperæ dicuntur sub *tu* semidupl: de S. Ubaldo Episc: Conf: ut in Comuni Confess: Pontif: Temp. Pasch. Orat. propr. Commemoratur. Pasch. de Cruce. *Col. Alb.*

16. S. UBALDI Episc: Conf: Semidupl. de præcepto. *Col. Alb.* Officium dicitur (Ritu Paschali, si non transferatur à Tempore Paschali non Paschale) ut in Comuni Conf: Pontif. Lect. I. Noct. de Script: occurrente, nisi ponendum sit in *Missā* alicujus Episc: vel Libri S. Script: nondum positum, aut veniat in Feria II. aut IV. Rogat: tunc enim sumendæ sunt de Comuni Conf: Pont. *Fidelis Sermo &c.* II. Noct. propriæ omnes, ut in Recitationibus Breviar. III. Noct. *Homo peregrinatus* ut in Comuni. Conf. Pontif. Oratio Proprià.

MISSA: Statuit &c., i. de Comuni. Conf. Pont. dicenda Ritu Paschali (si Die suo proprio hodiernæ Festum celebretur) cum *Glor. sine Credo*, nisi veniat infra Octav. Ascens: Oratio propria. 2. *Concede.* Ecclesie, vel pro Papa. Præf: Paschali. *Col. Alb.*

Si incidat hoc Festum in Vigiliam, vel Ferias, aut Octavam Pentecostes, transfertur in Diem prox-

ximum non impeditam post Festum
SS. Trinitatis, & tunc in Hymn.
de Confessor mutatur 3. Versus; in
Missa autem Oratio 2. à Cunctis. 3.
ad libit. Præfat. Commun. Col. Alb.
Quomodo autem Ordinandum
in Offic. & Missa hujus Diei, quan-
to hodiernum Festum incidit in
Triduum Rogation. aut venit infra
Octav. Ascensionis, aut in Vigilia,
vel Octava Pentec. dictum est supra
Die 26. April. & respectivè 2. ac 10.
Maij.

VEPERE H. de S. Ubaldo (nisi
crastina Dies sit impedita) dic. ad
eum proportionaliter modum, quò
supra die 10. Maij in Festo S. Antonini.

Hac eadem Die [uti videre est
in ACTIS SANCTORUM digestis, ac illu-
stratis à Godefrido Henschenio, & Daniele
Papetrochio S. J. Tom. 3. Maij, Die
16. à folio 667.] Pragæ in Bohemia
agitur memoria anniversaria B. Joann-
is Nepomuceni Ecclesie Metropolitæ Pra-
gæ S. Viti Canonici, Presbyteri, ac
Martyris, quòd, ut ibi dicitur, Sa-
cro sanctum Confessionis arcanum in
gratiam Wenceslai IV. cognomen-
to ignavi, Bohemie Regis, & Caroli
IV. Filij (ut ut hujus jussu, ad illud
emortuendù, in catasta crudelissimè
fuerit extensus, ad mortisque facibus
utilitaris) proderè constantissimè re-
cussaverit, & eapropter jubente eo-
dem Rege in Moldavam [hodie
Moldavam] flumen fuerit præci-
pitatus Anno Domini 1383.

De Veneratione autem & cultu,
qui JOANNI, velut Beato & Martyri, ab
omni memoria [ut in ejus vita c. 3. re-
statatur Bohuslaus Balbinus] hodie-
dum in Bohemia tribuitur, Pragæ
quidem hac die, Nepomuci autem,
unde erat oriundus, proximâ post
Ascensionem Dominicâ, ac etiã
alijs, vide prædictos Scriptores Tom.
cit. à folio 667. & 673. Tameñ au-
tem cultus hujus Beati, ut ut non-
dum solenniter Canonizati, à Tem-
pore immemoriali aliquò modò sic
publicus, & in aliquibus similis mo-
do colendi alios Sanctos, sciendum
tamen est [uti habetur ll. cc.] an-
niversariam Beati hujus memoriam
nullò seu Officiò Divinò, seu Sacrò de
eo dictò honorare hætenus licere
etiã in ipsa Bohemia [eò quòd si-
ne Apostolicæ Sedis Auctoritate fie-
ri id nequeat, ut ex S. R. C. Decre-
tis Breviario ac Missali Romano
summariè præfixis constat] ac pro-
inde non modò nullæ de eo Hora Ca-
nonicæ, sed nec Missæ, etiã eo Die,
quò ejus Martyrij memoria recolit-
tur, hucusque dicuntur, sed solum-
modo Missæ Votive de SS. Trinitate : id
quòd post superius dicta à me jam
exarata, litteris 8. Septembris 1712.
à quodam è Nostri Patribus Pragâ
datis legi confirmatum, in quibus
inter alia ita scribit : Rumor de con-
cesso Officiò Divino, vel Sacro pro S. Jo-
anne Nepomuceno fundamentò caret:
Nihil adhuc penitus Roma super hù dixit,
[12] 86

neque dicet, donec formatus sit Processus (pro quo formando Instructionem Romanam habemus) super duo Puncta. 1. de cultu immemoriali, seu centum annis superante Bullam Urbani VIII. &c. 2. De Miraculis ad Invocationem S. Joannis factis &c. Interim vulgaris cultus distimulatur, non tamen Officium, vel Sacrum de eo, sed tantum in Festo Sancti (ut passim vocatur) celebratur Sacrum de SS. Trinitate ibi locorum, ubi peculiariter colitur: Addit tamen, Die, quò anniversaria ejus Martyrij recurrit memoria, haberi de ejus virtutibus Conciones ad populum, seu Panegyres, aliàque, de quibus in ejus Vita apud cit: Daniel. Papebroch. Per Bullam verò Urbani VIII. intelligere videtur illam, quæ exstat P. II. Manual. Episcoporum. D. Barthol. Gavanti Tit. X. edita 1625. 13. Martij, in qua cum Pontifex retulisset, reprobasset, ac etiam sub pœnis ibi expressis prohibuisset nonnullos abusus, qui in colendis quibusdam, cum Sanctitatis, aut Martyrij famâ, vel opinione quidem defunctis, nondum tamen à S. Sede Apostolica Canonizatis, aut Beatificatis, irrepsissent, circa pingendas nominatim, sculpendas, ac exponendas eorum Imagines cum laureolis, aut radijs, seu Splendoribus circa caput, aliàque nonnulla ibi enarrata, ante finem tamen illius Bullæ declarat, quòd per ea, quæ præmiserat, non velit in aliquo, neque intendat ijs præ-

judicare, qui aut per Communionem Ecclesie consensum, vel immemorialium Temporis cursum, aut per Patrum, Patrumque Sanctorum Scripta, vel longæ Temporis scientiâ, ac tolerantia Sedis postolice, vel Ordinarij coluntur. Quæ omnia occasione incidentis in hunc Diem memoriæ B. Joannis de Nepomuk, apud Bohemos, ut vidimus adeò celebris, hic ideo censui commemoranda; eò quòd ab aliquo (ut est notorium) ejusdem venerationis è Bohemia in nostram quoque Germaniam varijs in locis magis pere cœperit propagari: multum tamen, imò plurimum in similibus profert, ne ex Zelo, qui non secus dùm scientiam, sed ex crassa non raro procedens ignorantia excedantur limites, à Sacra Sede Apostolica præscripti, pluràque hanc, aut fieri permittantur, quàm Sacros Tridentinæ Synodus Sess. 25. de Invocat. Sanctorum summorumque Pontificum Constitutiones &c concedunt.

17. Si cras celebreretur Festum S. Venantij, & hodie fuerit factum de Feria, aut Festo simplici, hodie hanc Vesperæ integræ dicuntur de S. Venantio sub Ritu Semidupl: ut in Communi Mart: Temp: Paschali: exceptò hymnò, qui totus (etiam quoad clausulam) est proprius, ut & Oratio, cui subjungitur Commemoratio Pasch: de Cruce, Col. Rub. Quòd si hodie occurrat Festum Ascensionis: uti 1703. aut Dies Octava de

Ascensionis
que Festum
tunc in
Vesperis
natio,
schali, in
Col. Rub.
18.
ind. Col.
Festum à
schale, C
Mart: Te
traque ac
jungenda
mediate
Lange
Sic Luce P
quando
Vesperis
Duplex
Noct: d
dum sic
vel Libr
tum, au
Rogari
Communi
Debi
que in
legimus
dix, ut
Lect: II.
Eg sum
Temp:
Hymn:
Pasch:
Octav.
M

Ascensionis, uti anno 1714. aut denique Festum SS. Trinitatis, uti 1693. tunc in secundis horum Fæstorum Vesperis fit Commemoratio de S. Venantio, sed in 1. & 2. Casu Ritu Paschali, in 3. verò Ritu non Paschali. Col. Alb.

18. S. VENANTII Martyr. Semel. Col. Rub. Nisi transferatur hoc Festum à Temp: Pasch: ad non Paschale, Offic: dic: ut in Comuni Un: Mart: Temp: Pasch: & propriò locò. Itaque ad Martinum Hymn: propr: iungendus Hymno Vesperarum (immediate post illa Verba: *Succensa lampas affulcat*) & una conclusione *Se Lau Patri, sit Filio &c* terminandus, quando hymnus Vesperarum in 1. Vesperis ob heri occurrens Festum Duplex dici non potuit. Lect. I. Noct: de Script: occur: nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script: nondum positum, aut occurrat Fer: II. aut IV. Rogat: tunc enim sumendæ sunt de Comuni plur. MM. nempe: *Fra- ter Debitorum &c*; Non autem illæ, quæ incipiunt: *A Mileto*; quia hæc sequuntur tantum, si Martyr sit Pontifex, ut habet Rubrica illis præfixa. Lect: II. Noct: sunt propr: III. Noct: *De sum vitis vera*, de Comuni Mart: Temp: Pasch: 1. locò. Ad Laudes: Hymn: pprop: & Commemorat: Pasch: de Cruce, nisi veniat infra Octav.

Missæ: *Protexisti me &c* (si ce-

lebreur Tempore Pasch.) cum Glor: sine Cred: nisi veniat infra Octav: Ascens. Oratio 1. propr: uti & ei correspondens Secreta, ac Postcommunio. Orat. 2. *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro Papa, nisi veniat infra Octav: Ascens: aut Triduum Rogation. Præf. Paschalis, nisi veniat infra memoratam Octavam Ascensionis; tunc enim dic: Præf. & *Communicantes* de Octava. Si autem veniat hoc Festum extra Tempus Paschale, aut transferatur à Tempore Paschali ad non Paschale, tunc, exceptis proprijs, dicitur *Officium*, & *Missæ* sub Ritu Semid: ut in Commun: Un: Mart: Temp: non Paschali, ac proinde in *Missæ* (quæ nunc est: *In virtute tua*. 1. de Comuni Un: Mart: non Pontif: exceptò tamen Evangelio: *Si quis venit &c*, quod tunc sumitur ex *Missæ*: *Statuit*; 1. de Commun: Un: Mart: Pont.) dic. quidem Oratio 1. cum correspondente Secreta, ac Postcommunione, uti Temp. Pasch, sed Oratio 2. tunc est: à *Cunct.* 3. ad Libit. & Præfat: Commun: nisi veniat alicubi infra Octav: SS. Trinitatis (ut annò 1693. Oeniponti, ubi SS. Trinitas tanquam Titulus Templi S. J. celebratur cum Octava) tunc enim 2. orat: est de Octava, 3. *Concede*, & Præf. pariter de Octava. Col. Rub.

Quomodo autem Ordinanda sint *Offic:* & *Missæ* hujus diei tunc, quando incidit hoc Festum in Triduum

duum Rogation: vel in Octavam Ascens. aut in Vigil. vel Octav: Pentec: dictum est supra 28. April. nec non Die 2. & 10. Maij &c.

VESPERÆ sunt regulariter loquendo (nisi scil. in diem crastinam incidat Festum Ascensionis, vel Vigilia aut Festum Pentecostes, vel SS. Trinitatis, vel Corporis Christi, aut Dies Octava alicujus Festi, vel currat Octava Pentecostes) de S. Petro Coelestino Pap. ac Conf. ut in Comuni Conf: Pontif. præter Orationem, quæ est propria) cum Commemoratur. S. Venantij M. ac S. Pudencianæ V. Ritu Pasch. Col. Alb. Quod si Festum S. Venantij incidat in Feriam VI. post Octavam Ascensionis, tunc ordinandum est hodiernum ac crastinum Officium, ut infra Die 24. 25. & 26. hujus.

19. S. PETRI COELESTINI Pap. & Conf. Dupl. min. Col. Alb. OFFICIUM de Comuni Conf. Pont. (Ritu Paschali, si celebratur Tempore Paschali) præter Orat. quæ est propria, & Lectio. quæ in I. Noct. sumuntur de Script. occur. nisi ponendum sit Initium alicujus Epist. aut Libr. S. Script. nondum positum. II. & III. Noct. uti notantur in propr. Sanctor. cum 9. Lectione de S. Pudenciana, ut ibi, nisi hod. Festum S. Petri Coelest. celebratur in Dominica, tunc enim 9. Lectio dic. (uti & ult. Evangel. in Missa) de Dominica currente, sitque de eadem Com-

memoratio in utrisque Vesperis Laudibus, ac Missa, ante Commemorationem de S. Pudenciana in Vesperis, Laudibus, ac Missa præfaciendam. Quando autem hoc Festum transfertur in Diem, quò nullum occurrit Festum Simplex, propriam habens Lectionem, tunc 9. Lectio dicitur, uti notatur hac die in Recentioribus Varijs post Lectionem de S. Pudenciana, seu, uti habetur quinta infra Octavam Ss. Apost. Petri Pauli, à verbis illis: *Et Paulus, tertius decimus &c.*

MISSA: Statuit &c. [extensum, seu integrè in recentioribus Missalib.] de Comuni Conf. Pentec. exceptò Evang. sumendò ex Missa Abbat. dicitur autem Ritu Paschali, non Paschali, prout scil. hoc, vel alio Tempore celebratur, cum Gloria: *Credo nisi veniat infra Octavam, v. g. Ascensionis, vel SS. Trinitatis alicubi occurrentem. Oratio 1. propria 2. de S. Pudenciana V. [Exaudi me DEUS salutaris noster &c.] Col. Alb. Præf. Paschal. si dicatur Tempore Paschali, alioqui Communis, nisi veniat infra Octavam, quæ propriam habet præfationem; tunc enim dic. Præfat. de Octava, uti & ejus Commemorantes, si proprium quoque ea habeat.*

In 2. Vesperis [nisi cras occurrat Dominica, vel dies aliter imposita] sit Commemoratio de S. Be-

P. II.
ardino S.
V, vel no
nimir. T
te Oratio
pro S. Per
sensus Po
Cae
sunt Offi.
fi, si ist
vel in Fe
aut in V.
Octavam
nit. aut
suprà die
2. & 10.
hujus &c.
locò est
sicuti in
Maij (1
Tempus
sta mut
schali ac
vestio: u
propria
modata
mani, d
eyanodi
20.
Semid. c
Conf. ne
celebrer
ter Orat.
Noct. qu
nisi pon
Epist. ve
propr. I
ut in Co

ardino Senenf. Conf. [Ritu Paschali, vel non Paschali, pro qualitate nimir. Temporis] propriam habentem Orationem. Antiph. ad Magnificat pro S. Petro Celestino est: *Dum esset summus Pontifex.* Col. Alb.

Ceterum Quomodo ordinanda sint Offic. & Missa hujus diei, aut Festi, si istud veniat in triduo Rogat. vel in Festo, aut infra Octav. Ascens. aut in Vigilia, vel Festo, aut infra Octavam Pentec. vel in Festo Trinit. aut Corporis Christi &c, vide supra die 29. ac 30. April. nec non 2. & 10. Maij; item infra 25. & 26. hujus &c. Addendum quoque hoc loco est ex Gav. & Arnaudo, quod securi initio Aprilis, ita & in fine Maij (non raro circa ipsum hoc Tempus, aut initio Junij aliqua Festa mutant Riturum à Tempore Paschali ad non Paschale, & è converso: unde si Missæ aut Officia propria desint Tempori illi accommodata, sumenda erunt de Commun. dummodo aliunde nil obstet ejusmodi Festorum celebrationi.

20. S. BERNARDINI Senenf. Conf. Semid. Col. Alb. OFFIC. de Communi Conf. non Pont. (Ritu Paschali, si celebratur Tempore Paschali) præter Orat. quæ est propria, & Lect. I. Noct. quæ dicuntur de Script: occurr: nisi ponendum sit Initium alicujus Epist. vel Libr: S. Scripturæ. II. Noct. prope. III. Noct. *Ecce nos reliquimus,* ut in Commun. Abbat. Commemo-

rat: de Cruce, si celebratur Tempore Paschali; alioqui Commemorationes Communes, seu Suffrag. Sanctorum (nisi currat aliqua Octava) de quibus supra 14. Jan. & Preces Dominicales ad Primam, & Completorium.

MISSA: Os *Justi* de Communi Conf. non Pontif. (dicenda Ritu Paschali, vel non Paschali pro exigentia Temporis) excepta 1. Oratione, quæ est propria, & 1. Evangelio (*Ecce nos reliquimus*) quod sumitur ex Missa Abbat. Dic. *Glor: sine Credo;* nisi veniat infra Octavam Ascensionis, aut SS. Trinitatis, aliquando alicubi occurrentem.

Si celebratur Tempore Paschali, Oratio 2. est *Concede.* 3. *Ecclesia,* vel pro Pap. & Præfat. Pasch: extra Tempus Paschale verò Oratio 2. *A Cunctis.* 3. ad Libit. & Præf. Communis. Col. Alb.

In 2. *Vesperis* fit Comorat: Paschal. de Cruce, si celebratur Tempore Paschali, alioqui dicuntur Suffragia Sanctor. Col. Alb. nisi occurrat in Sabbato; tunc enim *Vesperæ* 2. dicuntur à Capitulo de Dominica seq: cum Commemorat. præced. sub eo Colore, quem requirit subsequens illa Dominica. Si cras faciendum sit de B. V. in Sabbato, fit de illa in hod. *Vesperis* Commemoratio, ut suò loco notatur, ac in fine Hymni: ad Completor. dic. *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.*

Quomodo ordinanda sint OFFIC. &

& Missæ hodierni Festi, quando id venit in triduo Rogation. vel infra Octav. Ascens. aut in Vigilia, vel Octava Pentec. vide supra die 26. April. nec non die 2. & 10. Maij.

24. Si hodie factum est de Feria, & crastina dies non est impedita, Vesperæ integræ dicentur de Festo sequenti Ritu Paschali, vel non Paschali pro exigentia Temporis. Oratio propr. Commemoratio de S. Urbano Pap. & Mart. nec non Paschalis de Cruce, si celebratur Tempore Paschali: alioqui dicentur Suffragia Sanctorum. *Col. Alb.* Quodsi transferatur Festum crastinum, non propterea transfertur S. Urbanus in eo occurrens. Si hodie non occurrat Festum 9. Lectionum, cras autem occurrat Vigilia Pentecostes, tunc in Vesperis [hodie dicendis de Feria VI. currente eò modò, quò notatur in Rubrica post diem Octavam Ascensionis] facienda est Commemoratio S. Urbani tantum, Festum autem sequens transfertur post Festum SS. Trinitatis.

25. S. MARIE MAGDALENÆ de Pazzis Virg. Semid. *Col. Alb.* Offic. de Comuni Virg. Ritu Paschali, vel non Paschali, prout scil. hoc, vel illo Tempore celebratur. Lect. I. Noct. de Script. occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script. nondum positum: aut nisi incidat in Feriam II. vel IV. Rogation. tunc enim

Lect. I. Noct. sumendæ sunt Communi, & sic etiam de alijs festis, si proprias non habent. Noct. Lectiones. II. Noct. propria. Noct. *Simile erit Regnum Calorum Virginibus &c* de Comuni Virg. 9. Lectione [nisi transferatur] de Urbano Pap. ac Mart. Oratio propria In Laudibus fit Commemoratio S. Urbano, & Paschalis de Cruce, si celebratur Tempore Paschali, non veniat infra Octavam: extra Tempus Paschale verò dic Suffragia Sanctor: nisi currat aliqua Octava.

MISSA: *Dilexisti.* 1. de Comuni Virg. non Mart. [dicendum] tunc Paschali, vel non Paschali, prout hoc, vel illo Tempore celebratur cum *Glor. sine Credo.* Oratio 1. propria. 2. de S. Urbano Pap. & Mart. nisi transferatur. 3. *Concede,* & Præfatio Paschalis, si celebratur Tempore Paschali; alioquin Oratio 3. est *Cunctis,* & Præfatio Communis, non veniat infra Octavam non privilegiatam, tunc enim Oratio 2. est de Octava. 3. *Concede,* & Præfatio de Octava, si hæc propriam habeat. Quando transfertur hoc Festum in diem, quo nec occurrit *Simpler,* nec *Dies infra Octavam,* nec *Feria* vel III. vel IV. Rogation. 2. Oratio Tempore Paschali erit *Concede.* 3. *Excelsa,* vel pro Pap: extra Tempus Paschale verò Oratio 2. erit: *4. Cunctis.* 3. ad Libit. *Col. Alb.*

Si incidat hoc Festum in Triduum

dom Rogat: vel in Octav: Ascen-
 vel in Vigiliam, vel Octavam Pen-
 nec: tunc ordinanda sunt Officium,
 & Missa hujus Festi modò supra die
 26. April: & 2. ac 10. die Maij descri-
 ptò. Si incidat in Feriam Sextam
 post Octavam Ascen: fit de Festo,
 sed cum Commemoratione Officij
 illius diei, seu Feriæ, in Laudibus,
 Missa, & 2. Vesperis: & non dic-
 turur preces ad Primam, ac Com-
 pletorium: In Missa verò tunc dic:
 Præfatio de Ascen: atramen *Communi-
 cantes* Commune.

VESPERÆ (nisi in diem crasti-
 nam incidat Festum Ascensionis, vel Vi-
 gilia, aut Festum Pentec. vel SS. Trinita-
 tis, vel Corporis Christi, aut Dies Octa-
 va alicujus Festi, vel currat Octava
 Pentecostes) dic: de S. Philippo Nerio,
 ut in 1. Vesperis Conf: non Pontif:
 excepta Oracione, quæ est propria:
 in iisdem, ubi non celebratur Ritu
 1. aut 2. Classis, fit Ritu Paschali,
 vel non Paschali (pro exigentia
 Temp.) Commemoratio de S. Maria
 Magdal: de Pazzis, & S. Eleutherio
 Pap. & Mart. Col. Alb.

Si cras occurrat Vigilia Pente-
 costis hodiernæ Vesperæ integræ e-
 runt de S. Maria Magdal: de Paz:
 cum Commem: hujus diei (Antiph:
Has locutus sum; Vers: *Dominus in Cæ-
 lis*) & S. Eleutherij Pap. ac Mart.
 Col. Alb.

26. S. PHILIPPI NERII Conf:
 Dupl. min. Col. Alb. Offic, ut in Com-
 [Pars II.]

mun: Conf: non Pontif: Ritu Pascha-
 li, vel non Paschali, pro exigentia
 Temp. Oratio propr. Lect: I. Noct:
 de Script. occurrente, nisi veniat in
 Fer: II. vel IV. Rogat: aut nisi po-
 nendum sit Initium alicujus Episto-
 læ, vel Libri Sac. Script. nondum
 positum. Lect: II. Noct: propr: III.
sint Lumbi &c. de Communi Conf:
 non Pontif: cum 9. Lectione, &
 Commemorat: de S. Eleutherio Pap.
 & Mart: in *Laudibus*, & *Missa*, siquid-
 em hodie fiat Officium de S. Philip-
 po, & non transferatur, ob occur-
 rentem hodie Vigiliam, aut Octa-
 vam Pentecostes, vel Festum Ss. Tri-
 nitatis &c: nam translato Festo 9.
 Lectionum non perinde transfertur
 cum illo etiam Commemoratio, ac
 9. Lectio Festi Simplicis, sed utraque
 fit die suo, nisi alterutram, vel etiam
 utramque excludat Officium illius
 diei; quò modò Vigilia Pentecostes
 excludit Commemorationem Festi
 Simplicis in *Missa*, non item (ut
 nec ultimam Lectionem) à suo Of-
 ficio: Dominica autem uti & Fe-
 ria 2. ac 3. Pentecostes utramque
 excludunt ab Officio, & *Missa*: re-
 liqui denique infra eandem Octa-
 vam dies solam ultimam de Simpli-
 ci Lectionem ab Officio, non au-
 tem Festi Simplicis Commemoratio-
 nem aut ab Officio suo, aut à Missa.

MISSA propria: *Charitas DEI
 diffusa est &c.* extans in ordine, vel
 supplemento novor: Missal: dicen-
 da

[U]

da

Da Ritu Paschali, vel non Paschali pro qualitate Temporis, cum *Glor: sine Credo* (nisi veniat infra Octavam aut in Dominica) & Commemoratur: de S. Eleutherio Pap. ac Mart. *Col. Alb.*

Si Festum hoc incidat in *Triduum Rogat:* vel in *Octavam Ascens:* aut in *Vigiliam*, vel *Festum*, aut *Octavam Pentecostes*, ordinanda sunt ejus *Officium*, & *Missa* modò supra die 29. ac 30. April. nec non 2. & 10. Maij descriptò, etiã quoad S. Eleutherium, de quo (si hodiernum Festum incidat in *Vigiliam Pentecostes*, adeoque transferatur) fit tantùm Commemoratio in *Vesper: pridianis* (dicendis de S. Magdal. de Paz.) ac *Laudibus Vigiliæ*, non autem in *Missa Vigiliæ* hodie occurrentis: dicitur tamen etiam tunc 9. *Lectio* de S. Eleutherio in *Officio Vigiliæ Pentecostes*: id quod etiam in alijs similibus casibus est observandum. Si incidat hodiernum Festum in solennitatem Ss. Corporis Christi, transfertur post Octavam, ubi non est Duplex 1. *Classis*, nam ubi est tale, transfertur in diem proximè sequentem; non tamen ibi tunc aliquid fit de Festo *Simplici* sequente.

In II. *Vesperis* fit Commemoratio S. Joannis Pap. & Mart. Ritu Paschali, vel non Paschali pro qualitate Temporis: Oratio: *DEUS, qui nos Beati &c* ut in *Communi Un: Mart: Pontif. 2. locò. Col. rub.* Si

cras occurrat Festum 1. *Classis*, nec de S. Philippo Ner: nec de S. Joanne Pap. fit aliquid in hodiernis *Vesperis*, nisi ibi, ubi S. Philippo Nerius est Patronus &c: ibi enim de S. Philippo in 1. *Vesperis* crabitur Festi (Festo subsequente, ut habet honorem dignioris) fit Commemoratio pro quo norandum, quòd *Festum Martiri* juxta expressam Rubric: cedat *Festis Domini*, Dedic: B. V. M. Angelorum, & Apostolorum, non item cæteris duplicibus 1. *Classis*. Post Tempus Paschale pridie primæ diei hujus Mensis non impedietur 9. *Lectio*num, dicuntur in *Choro* post *Vesperas* diei, dictò *Benedictio*nis, *Vesperæ Defunctorum*, ut notantur in propr: Rubr: in fine *Breviarij*, & infra pluribus declarabitur.

27. S. JOANN. PAP. & MART. *Simplex. Col. Rub.* Quando hoc Festum incidit in diem impedientem, h. e. talem, quò fieri nequit de eo *Officium*, ac *Missa* (cujusmodi sunt v. g. *Sabbata*, utpote in quibus faciendum est de S. Maria in *Sabbato*, & insuper illi, de quibus die 18. April. & 10. Maij) tunc circa *Officium*, & *Missam* hujus diei observanda sunt ea, quæ modò dictis diebus supra ac sub locò sunt annotata; & si quidem incidat in *Vigiliam Pentecostes*, nulla facienda est hodie in *Missa Vigiliæ* de eo Commemoratio (esto facta fit heri in *Vesperis*, & hodie in *Laudibus*, cum 9. de eod. S. Joanne *La.*

Lectio ad Matut: ex duabus fa-
ciedo unam) ut supra dictum, &
versus paulò post dicitur: omnino
verò nulla tam in Officio, quam
Missæ faciendæ de eo Commemora-
tio, si incidat in *Primum Triduum Pen-
tescostes*, aut in *Festum Ss. Corporis Chri-
sti*, vel aliud 1. Classis: si autem
hoc, vel aliud Festum Simplex ve-
nit *infra Octavam Corporis Christi*, sit
quidem de eo Commemoratio pri-
mò in Vesperis (nisi eo die occurrat
Festum 1. Classis, v. g. *Corporis Chri-
sti*) ac posterae diei *Laudibus*, & *Mis-
sæ*, non tamen tunc legitur 9. Lectio
de hoc aut alio Festo Simplici, nisi
(NB.) quando die illo, quo occurrit,
hæc *Officium Duplex* de alio Sancto;
tunc enim legitur de illo etiam 9.
Lectio (modò propriam, unam vel
duplicem, id habeat, & non tantùm
de Communi; modò item Duplex
illud non sit Duplex 1. Classis) ut
Sac. Rit. Congr. annò 1669. 8. Junij
decrevit; de quo plura P. I. Tit. de
Festo Ss. Trinitatis, & *Corporis Christi*,
ac utriusque respectivè Octava: ubi
etiam, quid sit agendum, quando
Festum hoc, aut aliud Simplex,
occurrit in Dominica infra Octa-
vam Corporis Christi; item quid-
tunc, quando venit alicubi infra O-
ctavam Ss. Trinitatis tali die, quò
simul occurrit dies infra Octavam
Ss. Corporis Christi, ac proinde *Of-
ficium*, ac *Missæ* sit de *Octava Ss. Trini-
tatis*, non autem de *Octava Corporis
Christi*.

Si hoc, aut aliud Festum Sim-
plex incidat in Festum Dupl. 1. Clas-
sis (v. g. Ascensionis, aut Corporis
Christi) nihil fit penitus de eo in
Officio, aut *Missæ*; si incidat in Festum
Dupl. 2. Classis non fit de eo Com-
memoratio in 1. Vesperis, bene tamen
in *Laudibus* (cum 9. de eodem
Lectio, si propriam habeat) ac in
Missis etiam privatis. Si post Fe-
stum Duplex 1. Classis (v. g. post Fe-
riam III. Pentec.) occurrat *Festum
Simplex*, nulla fit de hoc in illius Du-
plicis II. Vesperis Commemoratio;
fit tamen de Festo Simplici sequen-
te Commemoratio in 2. Vesperis
Festorum 2. Class. Si idem hoc Festum,
aut aliud Festum Simpl. incidat in
Festum Ss. Trinitatis, fit de eo solum-
modo Commemorat: (sine 9. Lectio) in
Laudibus, & *Missis* privatis. Si
verò hoc, aut aliud Festum Simplex
incidat in triduum Rogation: vel in
Octavam Ascensionis, aut in Vigiliam
Pentecostes, vel in ipsum Festum,
aut reliquas Ferias Pentecostes &c,
tunc ordinantur *Officium*, & *Missæ*,
ut die 28. April. & 10. Maij, &c.

Quando autem incidit hodie-
rum, aut aliud sequens Festum Sim-
plex in diem non impeditum, h. e. ta-
lem, in quo potest fieri *Officium*, &
Missæ de Festo Simplici, tunc, si currat
etiamnum Tempus Paschale, fiet de eo
OFFICIUM, ac *MISSA* (*Protexisti*) Ritu
Paschali; etiam quoad 2. Responso-
rium, eò proportionaliter modò,
quò

quò suprà die 17. April. necnon 14. hujus in Festo S. Bonifacij Marr. ac propriò locò ; Si verò Tempus Paschale non amplius currat, Officium fit Ritu Simpliciter non Paschali modò suprà 19. Jan: declaratò, nempe in hunc modum : Ad *Matutin.* Invitatorium, & Hymn: de Communi Un: Mart: extra Tempus Paschale: Antiphonæ verò, ac Psalmi Ferialis de Fer: corrente. Lectio prima de Scriptura occur: nisi ponendum sit Initium Libri Scripturæ nondum positum. Secunda (post quam dicendum extra Tempus Paschale Responsorium : *Domine pravenisti eum,* positum ante Laudes un. Mart.) & Tertia propriæ, uti notantur in Prop: Sanctò: quòd si Simplex aliquid habeat tantum unam Lectionem propriam in Proprio Sanctòrum sibi assignatam, tunc non tantum prima, sed etiam secunda Lectio dicitur de Scriptura. Versus, & Responsoria verò (idem est de prævijs Absolutionibus) primum & secundum, nisi aliquando proprium, aut diversum assignetur, uti hîc, sumuntur ex eo Nocturno de Communi unius Martyris, qui correspondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturno : Feriâ III. & VI. ex II. Noct: Feriâ IV. ex III. Nocturno de Communi Un: Mart. Porro, quando Responsorium 1. & 2. sumuntur dictò modò ex I. aut II. Nocturno, tunc in fine secundi Re-

sponsorij cum Repetitione partium sponsorij, [antè & post facienda dicitur : *Gloria Patri &c.*, eò modo quo fit in 2. Responsorio III. Notandum : post Tertiam verò Lectionem dicitur : *Te DEUM laudamus. Benedicimus in Festis Simplicibus, seu trinitationum de uno in singulari sumuntur illæ nos benedicat &c.* 2. *Cujus Precolumus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Laudes, & *Horas* usque ad Nonam terminatur Officiû simplex] in Communi Mart: extra Tempus Paschale in Festis Semiduplicibus, & post Ortum nem diei, dicuntur in Laude Commemorationes Communes, & Suffragia Sanctòrum eò modò, & ordine, quò suprà 14. Januarij cum Precibus Dominicalibus ad Primam.

MISSA extra Tempus Paschale: *Sacerdotes DEL*, ut in Comuni Un: Mart: cum *Gloria* sine *Credo.* Oratio 2. *Libertium*; si ratione Mensis aut Feriæ sit dicendum [de quo P. I. Tit. de Ferijs post Dominicam I. & III. post Pentec.] 3. à *Cunctis*; alioquin Oratio 2. à *Cunctis*. 3. ad *Libertum.* Prefat: Communis. *Col. Rub.*

Extra Tempus Paschale prima die Mensis Maij, non impeditur Ferialium 9. Lectionum, dicitur in Choro *Officium Defunctorum*, nempe *Vesperas Defunctorum*, post *Vesperas* præcedentis, *Matutinum* verò, & *Laudes Defunctorum* [nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum] post *Laudes* diei,

die, dicto utrobique *Benedicamus*, ac
 missio Versu: *Fidelium Anima &c*:
 Dicitur autem ad Matut: non nisi u-
 num Nocturnum, respondens Feriæ
 currenti, ac sine Invitatorio, ut in
 Rubricâ, I. Nocturno Officij De-
 functorum præfixa. Extra idem
 Tempus Paschale prima die hujus
 Mensis non impedita Officiò Dupli-
 ci, vel Semiduplici, dicitur *Missâ*
principalis generaliter pro Defunctis
 Sacerdotibus, Benefactoribus, &
 alijs, nempe quotidiana pro Defun-
 ctis &c. Si verò in ea fuerit Fe-
 stum Simplex, vel Feria, quæ pro-
 priam habeat Missam, aut resumen-
 da sit Missa Dominicæ præcedentis,
 quæ fuit impedita, & infra Hebdom-
 adem non occurrat alius dies, in
 quo ea resumî possit, in Ecclesijs Ca-
 thedralibus & Collegiatis dicuntur 2.
 Missæ Conventuales, una pro Defunctis,
 alia de Festo Simplicî, vel Feria prædictâ,
 horis in Rubr: XV. General: à Miss.
 Rom. præscriptis n. 2. & 3. In Eccle-
 sijs verò non Cathedralibus, nec
 Collegiatis, dicatur Missa de die cum
 Commemoratione Generaliter pro
 Defunctis addendo Orationi diei
 Collectam *Fidelium*, sed semper pe-
 culinimò locò: quod etiam obser-
 vandum in Missis quibuscunque pri-
 vatis, sive dicantur de die, sive di-
 cantur Missa alia votiva, modò non
 de *Requiem*; nam in his, si plures di-
 cantur Orationes, Collecta *Fidelium*
 semper est ultima.

Si crâs occurrat *Vigilia Pentecostæ*
 tunc hodiernum Officium unâcum
 2. Vesperis dici: uti præscribitur in
 Rubrica præfixâ Feriæ VI. post O-
 ctav: Ascens: in Proprio de Tem-
 pore, cum sola Commemoratione
 hodierni Festi in 2. Vesperis *Dici O-*
ctava Ascensionis, nec non in Laudibus
 hodierni Officij, in quo etiam dici-
 ter 9. Lectio de Festo Simplicî hodie
 occurrente. Si hoc, aut aliud
 Festum Simplex habens propriam
 Lectionem [seu unam, seu dupli-
 cem] incidat in Dominicam mino-
 rem, aut veniat infra Octavam non
 privilegiatam, vel incidat in diem,
 quò fit de Festo 9. Lectionum, quò
 non est 1. Classis, dicitur de eo et-
 tiam 9. Lectio [faciendo ex duabus
 unam, si duas habeat] in Officio
 ejusmodi *Dominicæ*, vel *Octave*, vel
Festi 9. Lectionum, modò non simul
 eâdem die occurrat *Vigilia*, aut *Feria*
major, v. g. *Secunda Rogationum*; tunc
 enim 9. Lectio dicitur de *Vigilia*, aut
Feria illa Major. Atque hætenus di-
 cta observanda quoque sunt circa
 sequentia Festa Simplicia in simili
 casu, nisi quòd 9. Lectio tunc tan-
 tum dicatur de Festo Simplicî oc-
 currente in die, quò fit Officium 9.
 Lectionum [v. g. de Feria VI. post
 Ascensionem] admittens de se no-
 nam de Festo Simplicî Lectionem,
 si propriam habeat illud Simplex, &
 non tantum aliquam de *Communò*
 [uti habet v. g. *S. Petronilla*] nam
 [U 3]

si propriam non habear, sed solum de Comuni, tunc ea Lectio solummodo tunc dicitur, quando Officium fit de ipso Festo Simplici, non autem, si fiat Officium 9. Lectio-
num.

VESPERÆ hodiernæ sunt totæ feriales, si hodie factum fuerit de S. Joanne Pap. & Mart. & cras non occurrat aliquod Festum, nec faciendum fit de S. Maria in Sabbato, &c. Col. Officio de Temp. Conveniens.

29. Extra Tempus Paschale quavis Feriâ II. hujus Mensis, in qua Officium fit de Feria, Missa principalis dici potest pro Defunctis. Si autem fuerit propria Missa de Feria, vel de Festo Simplici, vel resumenda fit Missa Dominicæ præcedentis, in Missa de die fiat Commemoratio Generaliter pro Defunctis, ut supra.

Si hodie factum est de ea, & cras fieri potest Officium, & Missa de S. Felice Pap. ac Mart. Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum erunt de Feria currente, à Capitulo verò de S. Felice Pap. ac Mart. Ritu Paschali, vel non Paschali, pro exigentia Temporis. Oratio: *Infirmi-tatem nostram &c.* cui subjungitur Commemoratio Paschalis de Cruce, vel Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum pro qualitate Temporis. Col. Rub.

In Regno, ac Provincijs Serenissimo Hispaniarum Regi subjectis

dicuntur hodiernæ Vesperæ sub Ritu dupl. de B. Ferdinando III. Castellæ, & Legionis Rege, nisi etiam situm ob occurrens Festum alibi Ricus, vel Vigiliam, aut Ferias Præcæstas sit transferendum. Oratio propria extans in fine Breviariorum recentior. Reliqua (Ritu Paschali, non Paschali) de Comuni Constituta non Pontif. cum Commemoratio S. Felicis Pap. ac Mart. nisi S. Ferdin: alicubi celebretur Ritu 1. aut 2. Classis. Col. Alb.

30. S. FELICIS PAP. ac Mart. Simplex. Col. Rub. OFFICIUM, & MISSA ordinantur ad eum proportionatim modum, quò 27. hujus, sive Tempus Paschale, sive non Paschale, & sive in diem impeditum, sive non impeditum incidat hoc Festum. Si de illo fiat Officium, 1. & 2. Lectio dici de Scriptura occurrens modo heri annotatò, 3. est propria. Missa verò: *Protexisti &c.* ut in Comuni Temporis Paschalis 1. loco, si celebretur Tempore Paschali; at verò extra Tempus Paschale dicenda est Missa: *Statuit &c.* 1. de Comuni III. Un: Mart. Pontificis.

VESPERÆ [quando hodie factum de Simplici, & cras iterum fiet] dicuntur usque ad Capitulum de Feria currente, à Capitulo verò de S. Petronilla Virg. Oratio [*Excandis &c.*] & reliqua, ut in Comuni Virg. 1. Vesp. Col. Alb.

In Regnis, ac Provincijs Sere-

ultimo Hispaniarum Regi subiectis
celebratur hodie Festum B. Ferdi-
nandi III. Castellæ, & Legionis Re-
gæ, Ritu dupl. vel Paschali, vel non
Paschali pro qualitate Temporis. O-
ratio propr. Lectio I. Noct: de Scri-
ptura occur. II. propr. III. *Nolite ti-
mere pupillus Grex &c.*: de Comuni
Conf: non Pontif: 2. locò, cum 9.
Lectio, & Commemoratione in
Laudibus S. Felicis Pap. & Mart. ut
in Brev. Missa: *Iustus, ut Palma &c.*
2. de Comuni Conf: non Pontif:
Ritu Paschali, vel non Paschali, cum
Gloria sine Credo. Commemoratio de
S. Felice. Præf. Communis, nisi cele-
bretur Tempore Paschali, tunc enim
dic: Præf. de Temp. In H. Vesperis
fit Commemoratio de Festo Simpli-
ci seq: nisi cras occurrat Festum 1.
aut 2. Classis. Col. Alb.

31. S. PETRONILLÆ Virg. Simpl.
Col. Alb. Si fiat hodie de S. Petro-
nilla, Offic: dic: Ritu Simplici Pa-
schali, vel non Paschali [pro exi-
gentia Temporis] ut in Comuni
Virginum non Martyrum. Primæ
dicæ Lectioes de Feria curr: tertia:
Daue nobis ad Virgines &c. de Comu-
ni 2. locò. Oratio: *Exaudi nos DEUS*

&c. Missa: *Vultum tuum*, de eodem
Communi. Reliqua ut in Festo S.
Joannis Pap. & Mart. 27. hujus, ad
quorum Normam etiam quoad cæ-
tera ordinanda sunt *Officium*, & *Missæ*
hujus diei, si in isto occurrant Ca-
sus ibi expressi, ut quando incidit
hodiernum Festum in triduum Ro-
gationum, aut in Vigiliam, vel O-
ctavam Ascensionis, vel Penteco-
stes, vel alicubi SS. Trinitatis, vel
Corporis Christi, aut quando hodie
faciendum est de B. V. in Sabbato,
aut de Festo aliquo 9. Lectionum: &
peculiariter notandum, quòd, licet
in *Officijs*, & *Missis* quorundam ex
modò recensitis diebus fieri debeat
suis locis Commemoratio de S. Pe-
tronilla, nunquam tamen dicenda
sit 9. aut ultima Lectio de illa in di-
ctorum Dierum *Officio*, ed, quòd ipsa
propria non habeat, sed tantum de
Communi, dicendam tunc tantum,
quando de ipsa S. Petronilla fit Offi-
cium.

VESPERÆ feriales, si cras fiat de
ea, ut in Psalterio, cum Vesperis De-
functorum, ut supra 26. hujus &c,
Color Feriæ sequenti conveniens.



TITU.